Expluribus. Beneficium qõ non tranſmittitur a in alium non poteſt ad heredem per ceſſionem tranſferri. h.d.dyn.vel ſic. † priuilegium mere perſonale non tranſit ad ſucceſſorem vniuerſalem nec etiam ſingularem titulo ceſſionis.dyn. de hoc ſatis dixi.ſ.eod.l.ſi minoris.et quod dicit ex pluribus tutoribus. dic.ſ.qui geſſerunt,alꝰ non cederetur actio. vt.ſ.eod.l.ſi plures. Jaco.et inter quos non erat diuiſa adminiſtratio a teſtatore vel iudice,vt.ſ.eo.l.inter tutores. dy.ibi,iudicatus. id eſt condemnatus.dynus.ibi,procurator datus ꝛ per hoc et actiones fuerunt ceſſe a pupillo. dyn.illi, ſcilicet qui fuit condemnatus inſolidum. dy.ibi,nec heredi pupilli datur, ſcilicet priuilegium, vt.ſ.de priuile.credi.l.dabimus.§.ſi.ibi non enim cauſa:quia ſi cauſe concederentur tranſiret ad heredem cum cauſa,vt.ſ.de regulis iuris. l.priuilegia.et.l.in omnibus.et vtrobiq; not.et dixi hic autem eſt perſonale priuilegium ꝛ ideo ad heredem non tranſit ꝛ per conſequens nec in tutore per ceſſionem. pro hoc extra de regulis iuris.c.priuilegium perſona. et ibi de hoc per dynum et alios. ibi, que ſcilicet perſona pupilli meruit ꝛc. Et ad hoc bene concor.ſ.de ſucceſſo.edi.l.prima.§.penulti. ibi ſunt ſimilia verba. dynus.ibi, fauore. et ideo bene ſequitur quod cum perſona extinguatur, vt dicto.c.priuilegium.de hoc etiam not.ꝛ dixi.ſ.ſolu.matri.l.maritus.ꝛ.ſ.de mino.l.quod ſi minor.vltra princip.in gloſſ.et faciunt predicta ad queſtionem ſepe occurrentem:nam † de iure lombardo ꝛ in multis ciuitatibus ex conſuetudine vel ſtatuto frater tenetur dotare ſororẽ ꝛ amplius non poteſt petere in hereditate paterna. Sed frater ſuccedit inſolidũ vt in lombarda de ſucce.l.ſi pater filiam. deceſſit aliquis relictis filio ꝛ filia poſtea iſte filius anteq; maritaſſet ſororem deceſſit relicta filia que vult dotare amitam ſuam ſicut poterat pater eius iſta antẽ amita dicit ꝙ debet habere dimidiam hereditatẽ patris ſui:quia licet frater ſuus haberet priuilegium ſuccedendi inſolidũ ea dotata tamen iſtud beneficium non tranſiuit ad filiam:quia erat priuilegium perſonale fratris propter dignitatem ſexus maſculini:queritur quid iuris. hec.l.cum ſi.facit pro amita cõtra filiam.ꝛ.ſ.lo.mat.ꝛ quia aliqua conceduntur maſculis que non feminis.ſ. de ſta.homi.l.in multis.ꝛ.C.de adul.l.i.ꝛ quia ceſſat cauſa excludendi amitam, ſcilicet quia lex voluit ſucceſſionem remanere maſculis. In contrarium eſt.ſ.eod.l.ſi minoris.ꝛ quia iſta filia eſt heres vniuerſalis patris ſui ergo in omne ius ſuccedit,vt.ſ.de reg.iur.l.herede. Item quia ſufficit ſemel peruenieſſe hereditatem ad caſum qõ amita debeat eſſe dote contenta. argumẽ.ſ. de cur.furioſi.l.cuius bonis. arguitur contra de operis libertorum.l.ſi quis hac. quod amita veniat equaliter ad ſucceſſionem not.d.l.ſi pater filiam. de ſucceſ. et pro hoc eod.titu.l.ſi quis lombardus filiam et ſororem vel de bonis in glo.quod eſt vt preferatur in ſi.q: illud beneficium licet ſit perſonale tranſit ad ſucceſſorem vniuerſalem iſtud no.vt dixi.ſ.eo.l. ſi minoris.in gl.extraneo.ibi,vel forte hec eſt vera ſm Ja. de are. ꝛ eſt caſus.ſ.de ritu nup.l.pe.l.ſi puelle.Jac.ꝛ de hoc no.ſm eum d.l.dabimus.de priuile.credi. Priuilegium autẽ de quo loquitur predicta.l.maritum. et ſimiles dat honeſtam exceptionem : iſtud autem de quo hic loquitur dat quandam prelationem ꝛ facilius datur exceptio quam actio : reſtitutio autem licet det actionẽ vel equipollens:datur tamen contra ledentem. hic autem daretur in preiudicium omnium aliorum curatorum qui non peccauerunt ꝛ ideo facilius finitur. Old.ibi,de lega.ij.l.cum patronus.alꝰ eſt. §.marcellus.ſub.l.illud aut illud.dy.

Cum poſt mortem. Pupilli et tutela.dyn.periculũ inopie contingens circa nomen pupillare finita tutela ad tutorem nõ pertinet.h.d.vel ꝙ in idem recidit:ſi nomen pupilli debitoris fiat non ſoluendo finita tutela non tenetur tutor.Oldra.

1 ☞ Curator nomine adulte promittens aliquid vltra vires patrimonij an teneatur inſolidum.
2 Curator quoties proprio nomine promittit tenetur inſolidum.
3 Reſtitutionis beneficium an debeat dari curatori.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Qui cũ esset. Primo ponit thema ⁊ questionem. Scdo inducit arg. contra curatorem pro puella. Tertio inducit argu. pro curatore contra puellam ⁊ auget dubiũ questionis. Quarto ⁊ vltimo determinat questionem distinguendo. Secunda ibi quoniam instrumentũ. Tertia ibi mouet questionem. Quarta ibi respondi. Et dicit iste. §. in summa. quod si curator ꝑmittit nomine adulte vltra vires patrimonij an teneatur insolidum, dicitur aut scisit patrimoniũ non sufficere ⁊ tunc quia dolo fecit nolens donare ⁊ totum soluet de suo aut curatorio nomine ⁊ credens patrimonium sufficere: ⁊ tunc aut adulta volebat qđ soluere totum non habito beneficio restitutionis ⁊ hoc casu habet curator negotiorum gestorum contra eam aut nolebat quod totum solueret: sed solum tãtũ quantum vires patrimonij patiebantur ⁊ hoc casu ipse et adulta iuuantur per exceptionem. dum tamen caueat ipsa adulta ꝙ si peruenerit ad pinguiorẽ soluet superfluum quod deest ad integram dotem. Dyn⁹. vel dic breuius ⁊ idem in effectu. curator vltra vires patrimonij adulti suo nomine ⁊ scienter dotem promittes tenetur insolidum officij vero contemplatione viro cauens beneficio minoris in eo quod excedit vires patrimonij excepit releuatur alis insolidum cõuenitur indemnitate ab adulta prestanda matrimonio constante. ff. di. Ibi marito eius. s. filie 1
Dy. Ibi et. sc̃s curatoꝛ ex dicta promissione cõuento. Jac. Ibi 2
emergente ꝙ prius latebat. Jac. Ibi promissa sic subaudi ⁊ videtur ꝙ non sit curator subueniẽdum qñ ⁊c. Dyn. Ibi qñ instrumentum in quo dos promissa est. Dy. Ibi ille patruus. hec 1
est argumentatio contra curatorem ⁊ est talis ꝙ quoties ꝓpio
2 nomine ꝓmittit curator tenetur insolidũ qñ vero appellatiuo vel curatorio nomine tunc non tenetur qñ vero proprio ⁊ appellatiuo si quid ꝓprium ꝓponat perinde est ac si solũ proprium fuisset expressum ⁊ appositum. vt. j. de stipula. seruoꝝ. l. si seruus cõmunis. vnde q: hic fuit ꝓpositus proprium q: dixit patruꝰ et videtur ꝙ curator insolidum teneatur. Dyn. Sed hoc arg non procedit, q: iure adulte contraxit vnde curatorio nomine fecisse videtur. ad qđ facit. ff. si quis caut. l. penulti. ff. eo. l. i. §. sufficit. vbi de hoc satis dixi in ff. ⁊. l. ff tutor in fi. que est. l. ff. §. e. j. de ver. oblig. l. quoties quis aliũ. §. i. ⁊. j. quando ex facto tutoris. l. post 2
mortem. §. j. ⁊ ibi de hoc ibi mouet qõne. f. ad dicendum contrarium superioris rõnis qõ debeat curatori succurri ⁊ sic hic est al legatio pro curatore contra puellã. Dyn. Ibi piecta. f. mouetur seu auget questionẽ ꝙ ⁊ illud põt tractari ⁊c. Ja. ibi si sciens pa 1
trimonium non sufficere. Dy. Ibi respondi hic soluit. Dy. Ibi egressus eo ꝙ dicitur in instrumento ille patruus ⁊c. vt predixi. Jaco. ibi sponte se obligauerit ad dotem suo ꝓprio nomine animo donandi. Dy. ⁊ Jac. scienter vltra facultates. dyn. Ibi subueniri contra maritũ nec contra puellam. Jac. ibi magis ponit simile. Dy. Ibi spopondisset volens puelle donare. Dyn. Ibi si vero donandi animo. i. q: is de quo tractatur. f. curator non donandi animo: sed negotij gerendi causa ⁊c. Jacob. ibi mulierem obligatam acti. nego. gesto. qui se obligauit ꝓ ea. Jac. ⁊ Dy. ibi ⁊ poterat dici interpositio est. Jaco. ibi teneri curatori. Jaco. vt faciat ꝙ maritus curatorẽ liberet ab eo qõ vltra ꝓmisit sicut in collat. dot. fit vt maritus fratres liberet. vt. C. de colla. l. ff. Dyn⁹. ibi siue maneat qñ nondum a curatore exegit. Dy. Ibi ꝙ si mulier subaudi ideo ꝙ curator habet puellam obligatam ideo dicit ꝙ si mulier ⁊c. ¶ Et hoc si totam literam intelligas qñ curator egressus fuit officiũ suũ alis si intelligaꝫ hic versꝰ. qñ curatores obligauit nõ egredicdi officiũ suũ hoc ꝓterea ⁊ illud qui est ff. deberet esse hic in fine. §. Ja. ibi superfluũ est inquantum excedit promissio facultates adulte. Dy. Et faciunt predicta ⁊ ea q̃ notant dicto. §. sufficit. ff. eo. l. i. ad questionẽ quam vidi de facto esse talem. eps vercellẽsis est eps ⁊ comes ⁊ rõne comitatus habet iurisdictionem temporalẽ comitatus in cõmissione tamẽ expressit ꝙ sicut comes committeret reuocabatur cõmissio in dubium ⁊ dicebatur non tenere hoc est enidens ar. qõ teneat ⁊ ꝙ si comes fecisse videaꝫ ex quo est de re spectãte ad comitatũ idem põt dici de similibus, vel consules alicuꝰ ville vel prelatꝰ alicuꝰ ecclesie. ꝓmittat aliquid iure cõis vel ecclesie ꝙ illud. sub audiaꝫ. Et pro hoc. j. de conditio. ⁊ demõ. l. filio. de annuis legatis. l. annua. §. i. extra de rescri. edoceri ⁊ ibi. in gl. ⁊. j. qñ ex facto tutoris l. post mortem. §. ff. ⁊. C. si tutor vel curator interuenerit. l. si creditor. Ibi fernat alias prestat alias soluatur. Dy. ¶ Op. de. l. siue generalis. ff. de iure. dot. fo. vt in glossa. qr aut excedit ꝓmissio dot. estimationem patrimonij ⁊ tũc nulla est ipso iure inquãtꝫ excedit aut facultates patrimonij ⁊ tunc valet mero iure vt hic licet restituatur vt. C. si aduersus dotẽ. vbi de hoc. ¶ Secundo oppon. de. l. si donaturus. §. j. ff. de condi. ob causam. circa huius contrarij solutionẽ opiniones sunt multe, sed tene solutionem
3 glo. hic in gl. notatã quã sequitur. Dy. ¶ Itẽ quere an beneficiũ restitutionis detur curatori. dic ꝙ sic vt. ff. eo. l. ff. vbi de hoc dixi. ⁊ etiam minore non petente ipsum beneficium ipse curator petere poterit vt hic in glosl. nota. in glo. prima hec glosl. nihil valet sm Dyn. Ibi minus de dote recipiatur per mulierem repetentem. Et hec fuit opinio dyn. vt patet in eius interlineari super verbo siue maneat. Oldra. Jn glosl. quod videtur in fin. vt. ff. de iure dot. l. penulti. Jaco. ¶ Jn glo. qꝛ ꝓmisit in fi. hec glo. quatenus facit differentiam inter tutorem ⁊ curatorem non continet veritatem vt dixi. ff. eo. l. ff. ⁊ dic vt ibi. ¶ Et an videatur in dubio ꝓmittere suo vel curatorio nomine. dic vt predixi ⁊ quando ex facto tutoris. l. post mortẽ. §. fi. in glo. a marito in fi. sed prima verior. Dy. ¶ Jn glosl. j. nolit ibi vnam personam representet eadez enim est obligatio qua tenetur curator ⁊ ad vltra licet illa qua tenentur reus ⁊ fideiussor diuerse sint ⁊ nõ obstat dicta l. ff. Oldra. Ibi aut fic ꝓmisit. i. suo ꝓprio nomine. Dyn. Ibi et tenetur cum effectu ⁊ de suis bonis. Dyn. soluet dyn. vt in versꝰ. Oldra. curator. Oldr. Ibi etiã sine oprre excipit finita tutela. Dyn. Ibi ꝙ mulier ꝓmiserat ⁊ de bonis ipsius mulieris. ibi vel sm Dy. hec vera vt in contrario not. Dy. Ibi. l. tutorem ibi ergo fuit spontanea licet er. onea: hic autem necessaria et erronea. dy. ⁊ Ol.

¶ Beneficiũ durat causa finali bñficij durante.

Liberatio nõ trahit ad id de quo non est cogitatum.

Quinominibus. Durãte cã finali 1
bñficij durat ipm beneficium ꝓ. h. d. ibi agnouerunt. i. tanꝯ idonea ap 2
probauerũt. dy. Ibi periculũ imminens tempore approbationis. Dyn. ibi reliquatione. i. reliquorum assignatione. Dyn. Ibi vsuras acceptauerit eius quod remansit soluendum vel dic reliquationem. i. retentionem earum que debebat restituere et non restituit. ibi vsuras acceptauerit eius qõ remansit soluendum per tutorem ꝓ reliquijs administrationis: ⁊ dic acceptauerit. i. frequenter accepit. Dyn. Ibi puniendũ quod habet in bonis tutoris reale ⁊ personale. dyn. Ibi et. scilicet pupillo. Ja. in glo. j. ibi. C. e. l. debitoribus. ff. e. l. tutores. §. periculo. ⁊ §. adolescens. ⁊. §. tutor qui. ⁊. l. etiam. dy. Jn gl. alias reliquationem. Ibi sine restitutione qꝛ liberatio ꝓ non trahit ad id de quo cogitatũ non est. vt. ff. de tranf. l. cũ aquiliana. ⁊. l. qui cũ tutoribꝰ in prin. §. ⁊ in fi. dy. ibi vel dic hec vera. dy.

¶ Tutores ꝓ mala administratiõe obligati etiam sine rõne culpe tenent insolidũ si alter non sit soluendo. 1

Tutores tenent vt duo rei de mala admnistratione: nisi fuerit inter eos diuisa. 2

Magistratus tenentur sicut tutores dummodo teneãtur rõne doli vel late culpe. 3

Cõtestatio cõtra vnũ tutorũ facta operat ⁊ cõtra alium. 4

Obligatio omnis tollitur solutione, ciuilis aũt tm vsucapione ⁊ ꝓscriptione. 5

Sñia absolutoria non hꝫ cõsensum eius contra quem fertur. cũ iudicium reddatur in inuitum. 6

Spupillus. Uno ex tutoribꝰ siue magistratibꝰ collegijs liberatio ꝓ parte sua transactione solutione vel tempore alter ex persona eius conuenire non potest: sed soli ꝓ virili. h. di. Ibi post pubertatem. nũc autem posset vt. j. tit. ꝓxi. l. ff. Jacob. Ibi illius noie liberati. dyn. Ibi alterum non liberationem. dyn. Ibi interpellare de eo ꝙ liberauit alterum. Jac. qr nõ põt cedere actionem cõtra liberatũ qõ facere dꝫ vt. j. de tute. ⁊ ra. distra. l. i. §. nunc tractemus. dyn. Ibi a magistratibus assimilãdo eos tutoribus ⁊ ex hoc posset aliquis dicere ꝙ si sint tutores ꝓobligati ꝓ mala administratione sine rõne culpe semper tenent insolidũ si alter nõ sit soluẽdo. Sꝫ in magistratibꝰ nõ est ita qr rõne culpe quilibet cõuenit ꝓ parte. dy. ibi quoꝝ. f. magistratũ. dyn. Ibi quenit ⁊ liberauit vel ablcluꝰ fuit. dy. nã non poterit alterũ conuenire ex ꝑsona liberati. dy. ibi sed hoc hic remouet quandã ꝓsequẽtiã q̃ sequebat ex purificatiõe facta inter tutores ⁊ magistratꝰ. dy. de qua. ff. dixi ⁊ talis est. ff. assimilani tutores ⁊ magistratus. si tutores ꝓtenentur vt duo rei eo casu quo oẽs gesserũt vel nullus ⁊ administratio nõ fuit diuisa vt. C. de diuidẽda tutela. l. ff. hꝫ habeat beneficiũ diuisiõis si sunt soluẽdo vt d. §. nũc tractem⁹. ergo idẽ videret in magistratibus: sed non est ita per ofa. Et hoc est ꝙ subiecit. magistratus ꝓ eñ tenentur sicut tutores qñ tenentur ratione doli vel late culpe. vt. j. de magistratibus conuenien. l. in magistratus. nam si ratione leuis culpe ⁊ sic nõ oino. dy. Ibi omnino. i. sine conueniatur ratione doli siue culpe vt in tutoribus. dyn. Ibi non ita est. f. in magistratibꝰ vt teneantur insolidum qñ conueniantur ratione culpe leuis. dynus. Ibi idoneus est ⁊ conuenitur ratione culpe leuis vel leuissime. dyn. Ibi locum non habet. nam quilibet non tenetur insolidum:

insolidum: sed ipso iure ꝓ parte. Dy. ibi, si is autem. f. tutor vel magistratus ⁊ est quarta pars. Dynus. ibi, qui nihil habet ⁊ conuenitur ratione culpe leuis vel leuissime: quia tunc alteri ꝓ eo conueniretur. Dynus. ibi, qui satisfecit et sic alter non conuenitur ꝓ eo. Dynus. ibi, habet enim. f. ipse liberatus prescriptione. dy. ibi, petitori: scilicet ipse prescriptionem que ex mora neglecte petitionis procedit ⁊ sic ex cuius persona alter cõuenire non debet: sed quilibet conuenitur ꝓ portione virili. Dynus. Et dic ꝙ hec lex primo ponit vnum dictum in tutoribus. ¶ Secũdo illud extendit ad publicos administratores. ¶ Tertio colligit obiectionem quandam ⁊ respondet. ¶ Quarto remouet vnum aliud dubium. Secunda ibi, idemqꝫ. ff. Tertia ibi, sed hoc in magistratibus. Quarta ibi, is autem. ¶ Oppo. de. l. i. C. de diui. tutel. ¶ Secundo oppo. de. l. si stipulatus. §. fina. f. de fideicom. ¶ Tertio oppo. de leg. ab omnibus. de lega. i. ¶ Quarto. de. l. item illa. §. quod adscitur versicu. proinde temporali. ff. de consti. pecu. ¶ Quinto oppo. quod non habeat locum prescriptio in persona vnius quin locum habeat in persona alterius que omnia sol. vt in glosiis et supplectionibus earum. ¶ Item oppo. j. l. proxima. §. qui ex pollicitatione ⁊ sol. vt ibi not. in glosl. Deinde quere de tribus. Primo nunquid sit idem in duobus reis ꝙ possint sub cõditione accipi. Secundo quid si pupillus liberat eum qui non est soluendo. Tertio nunquid prescriptio tollat naturalem obligationem que omnia solue vt in glosl. ⁊ suppletione earum. ¶ Jn glosl. sed hoc quomodo ibi fit chum. §. penul. vel dic quod omnes gesserunt vel nullus, vel nullus gessit ita ꝙ omnes tenentur insolidum: sed petere possunt beneficium diuisionis si sunt soluendo, vt. C. de diui. tutela. l. ff. et. j. eodem. l. tres tutores. et de tutelis et ra. distra. l. i. §. nunc tractemus. ⁊ conueniebat vnum insolidum partim ex persona sua partim ex persona alterius liberati contra quem poterat impetrari beneficium diuisionis. siue ergo ponas quod gessit liberatus tantum siue quod omnes siue quod nullus semper dic ꝙ veniebat non liberatus ex persona liberati. primo casu insolidum alijs duobus casibus ꝓ parte cum ambo essent soluendo: sed quid si liberatus non erat soluendo non videtur imputari liberanti. argu. ff. ad velleia. l. quamuis. §. marcellus. et. §. si mulieri heres. sed dic contra quia impeditur cedere culpa sua, vt dicta. l. fi chum. §. si creditor. ⁊ in. §. marcellus. ⁊ in. §. si mulieri. obligatio erat inefficax in sui substantia hec autem erat efficax in sui substãtia licet nõ in effectu exactionis ad presens propter inopiam debitoris. Dynus. debet ergo intelligi hec lex quando omnes gesserunt per culpam: quia si nullus gessisset vel omnes dolose nõ haberent beneficium cedendarum actionum, vt. ff. eo. l. si plures. vbi de hoc. ⁊ vno electo non liberaretur alius nisi in exceptione minor sit de preda solicitus, vt. ff. eodem. l. si minoris. vel in viriliter hic liberatur alius in virili indistincte cum sibi competat beneficium cedendarum actionum. Si autem quidam gesserunt quidã non gerente gerens in nihilum liberatur cum in nullo habeat beneficium cessionis contra non gerentem an liberato gerente in totum erit liberatus non gerens: quia nõ haberet exceptionem ordinis non seruati, vt. ff. eodem. l. tutores. §. in eum. et ita intellige quod not. C. de transacti. l. i. vbi de hoc not. ⁊ dixi ibi, fo. vt ibi. Jn glosl. que incipit etiam: quia non potest in quinta solu. contrarij. Dynus. in eadem glosl. in fin. Sed ibi non liberatur facto creditoris sed facto testatoris legantur que vnum ex heredibus potuit liberare ⁊ alios insolidum obligare, vt ⁊. j. de leg. §. l. cum ab vno. Dyn. ¶ Vel sm Jaco. de bel. ꝙ in idem recidit hoc creditori cui pa potest ascribi, vt prealleg. l. fi chum. §. penulti. de sol. testari autem non vt ibi. Jaco. in glosl. vero insolidum ibi, sed si ex dolo vel lata culpa. Dynus. ibi, non si ex culpa leui vel leuissima. Dy. In eadem glosl. in fi. sed cur hic tam varie non video bene rationem sufficientem: sed sufficiat sic dispoſuisse legislatores, vt. ff. de legi. I. non omnium. vel posset reddi ratio: quia magis occupãtur magistratus quam tutores, vt dicetur. j. ea. l. proꝛi. §. i. ¶ Jn glo. scilicet ꝙ. xx. annorum ibi, ⁊ de tutelis. C. ad certum. imo est in titulo qui dari tutores possunt. Oldr. ibi, ⁊ itius perpetuatam in. gl. annos per dictam. l. vlti. C. de duobus reis. Dy. ibi, ⁊ sed viriliter et tamen contestatio facta contra vnũ operatur contra alium, vt d. l. fin. C. de duo. reis. quare videtur falsa opinio. h. d. Dy. ibi, nisi viriliter ⁊ per hoc videretur correcta in totum dicta. l. vltima. C. de duobus reis. quod est abfurdum et euitabile. Oldra. ibi, oportet nos ponere quando non sunt soluendo finita tutela. Dynus. In eadem glo. in fi. dic ergo casum in hac. l. ad hoc vt procedat quod hic lequitur de liberato qui tenebatur insolidum, vt. ff. in secũda glosl. sed sm opinio. hoc qui dicit quod tenerentur viriliter ꝙ hic de liberatione dicit nihil operaretur quod esset absurdum in glo.
5 vlti. §. placet. Item solutione omnis tollitur obligatio ⁊ vsucapione autem et prescriptione tantum ciuilis vt not. dicto. §. placet. sequitur ergo vt si prescribens solvat non repetat: quia naturalis superat. et pro hoc. ff. de condictione indebiti. l. iul. verum debitorem. ⁊. l. qui except. sed contrarium non. rem ra. hab. l. fin. §. procurator. que videtur verior, nec obstat glosl. post ea dicto. §. placet. quia purificatio ibi posita non procedit: quia per sentẽtiam, ideo tantum tollitur quia ista non naturalis, vt dicta. l. iulianus. quia sententia ꝓ absolutoria non habet consensum eius contra quem fertur cum iudicium reddatur in inuitum. vt. j. de verb. obliga. l. inter stipulantem. §. primo. sed vsucapio vel prescriptio videtur habere tacitum consensum eius contra quem vsucapitur vel prescribitur qui tacitus consensus videtur tollere naturalem obligationem. argumen. j. de verborum significa. l. alienatio. in principio. ⁊ de statu libe. l. si statu libera. §. primo. ⁊ per hoc quia hic equiparatur solutioni per quem omnis tollitur obligatio. Dynus. vt inkitu. quibus modis tollitur obligatio. in princip. pro hoc etiam fatit: quia alienare videtur in fraudem patroni qui promittit actionem suam prescribi, vt. j. si quid in fraudem creditorum. l. ff. et. l. sequen. sed videtur multum obstare quia habens except. prescrip. tutus est except. odiosa. vt. C. de edicto diui adria. tollen. l. vltima. ⁊ ideo soluens non videtur posse repetere, vt dicta. l. qui except. ff. de condictio. indebiti vt. ff. de iuris. de hoc dic vt plenissime dicta. l. vlti. §. procurator. rem ra. habe. Et vide etiam nota, per Jo. and. in nouella. de regulis iuris. c. possessor. male fidei. lib. vi. versi. quinto quereb atur. ¶ Jn eadem gl. in fin. vbi de hoc et facit quo ad hoc quod prescriptio ⁊ solutio non equiparentur. Sed respõdeo per prescriptionem non tollitur naturalis: sed per solutionẽ sic et ideo ibi prescriptio et solutio non equiparantur tamen debitum naturale posset constituere eodem tit. l. prima. §. debitum. ad hoc secus quantum ad effectum quia ita est inutilis cessio contra liberatum per prescriptionem sicut contra liberatum per solutionem, vt. j. de regu. iur. l. nihil interest. Vel dic sm Jac. de bel. qui hoc no. dicto. §. adscitur. sunt due actiones, scilicet principalis ⁊ de cõstituta ⁊ vna prescriptio est alteri non. vnde quo ad act. cui non est prescriptum non est simul soluenti, vel dic quod prescribens est simul soluenti secundum quid nõ per omnia vt dictũ est: quia soluens liberatur ipso iure prescribens per Jaco.

Tecius. Qui approbat me in vno non videtur me in omnibus approbare. hoc dicit. vel sic, qui constituit debitorem procuratorẽ non videtur per hoc nomen eius approbare. ibi reliqua tractant ratione conductionis. Dynus. ibi, ille sempronius conductor. Dynus. ibi, liberasset: id est liberasse videatur. Dynus. ibi, quod scilicet debitum. Dynus. ibi, relinquatus est: id est contraxit. Dynus. Sed quomodo fuit facta ista locatio vtrum cum decreto iudicis vel sine hic non aperitur nec alibi clare recolo. Et Dynus. hoc dicit. nõ inuenire quod fieri debeat cum decreto: sed dicit debere fieri per subhastationem ad instar predictorum ciuita. vt. C. de loca. predictorum ciuita. l. iij. libro. xi. Dynus. forte tamen non male dici posset idem seruari quod in rebus ecclesie de quibus habetur in authen. hoc ius porrectum et alijs authenti. signatis super l. iubemus. et extra de rebus ecclesie non alienan. c. hoc consultissimo. tutius puto si fiat ad longum tempus fieri cum decreto, vt ff. eod. l. cum plures. ff. j. et ita seruatur pergami vbi fit cum decreto ⁊ iussu regis.

¶ Periculum vnius tutoris ẽtis ad alium pertineat: tamen vnius curatoris reipublice periculum ad alium non pertinet. 1

Preses prouincie ⁊ quilibet magistratus possunt constituere curatores qui rempublicam administrent. 2

Sempronij. Alis incipit qui ex pollicitatione, et diç casum. diuisa administratione inter tutores ⁊ curatores a seipsis tenetur vnus pro mala administratione alterius magistratu etiam vere excusso secus in curatoribus reipubli. hoc dicit. vel sic. licet periculum ꝓ vnius tutoris 1
pertineat ad alium tamen periculum vnius curatoris reipublice ad alium non pertinet. ⁊ sic no. iste. §. dictum inter tutores ⁊ curatores priuatorum ex vna parte ⁊ curatores reipublice ex altera quia licet primi dividant administrationem inter se vnus tamen tenetur pro altero secus in curatoribus reipublice ꝙ hoc in effectu intendit. Dy. ibi, en grecos. i. sicut in greco exprimitur. Dy. possedit ob debitum non soluti, vt. j. vt in pos. leg. l. ij. sui. §. imperator. Jaco. ibi, cui. f. curatori. Dy. ibi, ex quibus. f. curatoribus. Dy. ibi, tra herent alis contraherent. i. ex mala administratione debitoris reipublice fierent. Dy. facte ratione fructuũ qui debent restitui, vt. j. ex quib. cau. in poss. eatur. l. fulcinius. §. i. Jaco. ibi, ablens erat ob hereditate semproniꝰ quondam patris sui. Dy. ibi, eorum. f. curatorum. Dy. ibi, cum pro quia. Dyn. ibi, oportere subaudi anteq̃ perueniat ad alios curatores. Dy. ibi, alia enim relpon. tacite obiectioni. Jac. ibi, tutorum gerentium facta diuisione a seipsis. Ja. ibi, administrare ⁊ postea cõueniantur a priuato: quia vnus pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mala administratione alterius et sic solvitur contrarium. d.l. aufertur. §. fina. ff. de iure fisci. Dyn. Jn glos. l. negotiorum gestorum ibi q̃ non placet, imo ex quo facta est missio datur in factum vt. ff. de bonis auto. iudic. possi. l. pretor. in princip. a. §. est preterea. et. l. §. fina. Jaco. ☞ est ratio diuersitatis inter tutores ☞ curatores pri natorum ex vna parte ☞ curatores reipublice ex altera quare magis possunt dividere administratiões: quia administratores reipublice magis sunt occupati ☞ ideo magis conceditur eis diuisio q̃ delegatio cautarum, als non delegabilium, vt. C. de pedan. iudic. l. §. ☞ ista ratio not. per ipsum Jaco. ff. de appel. l. imperatores.

2 Ray. ¶ Ultimo no. ex isto. §. q̃ preses † prouincie ☞ quilibet magistratus potest constituere curatores q̃ administrarent rem publicam alibi videtur quod syndicus debeat constitui decreto decurionum, vt. ff. quod cuiusq̃ vniuersitatis. l. nulli. et. l. item eorũ. §. si decuriones. in glos. vlti. in fi. ☞ dic rationem huius differentie, vt. d. l. cum alicui. Oldra.

Tutorem. Licet tutor pecuniam pupilli suo nomine feneret non tenetur ad vsuras centesimas. hoc dicit. Jbi, cõuentere clam quia tunc in centesimam, vt. l. tutor qui repertorium. §. pecunie. sed si palam ad pupillares tenetur, vt. ea. l. que autem. cum hoc sibi liceat et pupillarem pecuniã suo nomine fenerare, vt ea. l. tutor qui repertorium. §. si tutor. Dy. ☞ l. quoties. §. non tantum.

Questum. Tutor ad easdem vsuras tenetur finita tutela ad quas tenebatur ea durãte. hoc dicit. Dynus. ibi. vsus est palam vel clam non est vis quantum ad istum casum ibi in dem sobandi vsq̃. Dyn. ibi, debeat quas prestabit durante tutela. Dynus ☞ Jaco. in glos. centesimas ibi l. ☞ ideo. Sed hic erat causa minor etas, vt. ff. de lega. §. l. titia seio. §. vsuras. ☞. C. in quibus causis in integrum restitutio non est necessaria. l. in numerum. ☞ illa non cessat licet fiat adultus. Et ideo non finitur effectus: sed ea cessante quia fiat maior. xxv. annis ante redditam rationem finitur effectus, vt dicto. §. vsuras. et. ff. eodem. l. tutor. prio pupillo. §. j. secũdo responso. et. l. magimeq̃. Dynus ☞ Jacobus.

1 ☞ Fideiussores an teneãtur de mala administratione tutoris finita tutela.
2 Fideiussores dati propter castrum custodiendum ad spacium sex mensium, an finito dicto tempore custodie si castrum perditum est teneantur.

1 **Paulus respondit.** Si tutor † aliquid voluntarie administrat finita tutela fideiussores eo nomine non tenent. h. o. dy. ibi, post pubertatem ☞ sic finita tutela. dyn. ibi, nulla necessitate cogẽte quia non erant connexa negotia. dy. als secus, vt. ff. e. l. si tutore qui tutelam. ☞. ff. de tute. ☞ ra. distra. l. tutor. post pubertatem. Jaco. ☞ per hunc. §. ☞. ff. locati, item queritur. §. qui impleto. ☞. ff. de iure fis. l. iñ. §. cum quinquennium. fuit terminata questio disputata in questionibus doctorum Bosi. ☞ fuit dñi pac. que talis est. quidam ele-
2 cti fuerunt custodes † cutusdã castri ☞ promiserunt custodire vsq̃ ad sex menses ☞ dederunt fideiussores finitis sex mensibus remanserunt in custodia ☞ perdiderunt castrum dubitabatur an fideiussores predicti teneantur, et determinatum fuit per hunc. §. et ita predicta quod fideiussores non tenerentur. ☞ ita hoc tenet Dynus et Jaco. de are. Quod verum est quando fuerunt fideiussores solum custodie vsq̃ ad sex mẽses secus si promiserunt etiam castrum restituere: quia tunc fideiussores tenerentur, vt. ff. de admini. rerum ad ciui. pertinen. l. vlti. §. fina. ff. eod. l. sine herede. et. ff. vt leg. no. ea. l. i. §. bellissime. faciunt etiam predicta si quis conduxit vectigal publicum vsq̃ ad certum tempus et dedit fideiussorem et finito tempore iterum reconducat quod fideiussor non teneatur. et fuit hec questio de facto verone secundum Jacobum de are.

1 ☞ Pupilli debitores tutori solvendo liberantur ipso iure.
2 Petitio si fuerit generalis ☞ prosecutio specialis: exceptio obstat ☞ datur replicatio in re prosecuta.

Tutele iudicio. Casus. pupilli debitor soluens tutori liberatur ipso iure: sed pupillus agit contra tutorem et si tutor excipiat de re iudicata pupillus poterit replicare de dolo. h. o. Vel sic. debitores † pupilli soluendo tutori ipso
1 iure liberantur: sed si appareat conditionem pupilli deteriorem
a factam agitur cõtra tutorem ad interesse pupilli. vel breuius debitor soluens tutori consequitur plenam liberationem. hoc dicit.
a ¶ Titium. adde ad istã l. Bart. ff. l. §. j. de app.
2 † Vel sic. si petitio est generalis prosecutio specialis in specie nõ prosecuta obstat exceptio sed datur replicatio. h. o. Jbi, secũdum eum. scilicet librum rationum. Dynus. ibi, cõdemnatus. ff. tutor. Dyn. ibi, ab his. ff. debitoribus paternis. Et ideo non potest eos connenire. Dyn. ibi, actum esset et sententia absolutoria lata vel condemnatoria, ☞ solutio secuta. Dyn. ibi, replicatione quia non videtur in iudicium venisse de quo cogitatum non est et iste est etiam casus summarius huius. §. Dy. Jn glos. ff. ibi, quando non ex connexa non tenetur fideiussor quia tunc tutor ex voluntate gerit non ex necessitate, vt. ff. §. proxi. ☞ ibi dixi. Dyn. ibi, alioquin secus. ff. si non gereret: sed esset sibi interdicta administratio. Dy. Jn glos. apparet ergo in fi. quidam habent. l. videtur ☞ male sed debet dicere. l. iñ. nec ob. ff. eo. l. si minore. vbi de iure communi non datur replicatio. Sed beneficio restitutionis quia ibi loquitur in specie prosecuta: sed tutor in minus fuit condemnatus q̃ debuit vt ibi not. per Dy.

1 ☞ Tutorum vnus tenetur de mala administratione alterius magistratu tamen prius excusso. Et predicta obseruantur quando vnus datus est a iudice alter a testatore. ☞ nu. 2.

Cum testamento. ¶ Cum tutela est diuisa a testatore vel iudice tunc prius conuenitur fideiussor ☞ magistratus quam cõtutor: vbi autem non est diuisa, vel diuisa ad seipsos tantum tunc prius conuenitur contutor quam magistratus. hoc dicit. Dyn. vel sic. inter
1 tutores administratione diuisa a testatore vel iudice † vnus pro mala administratione alterius tenetur in casibus specialibus excusso tamen prius magistratu, hoc dicit. ¶ Differt ergo iste. §. a §. tempore. ff. e. l. quia hec fuit diuisa a testatore vel iudice ibi ab ipsis tutoribus. Jbi, pupillo ☞ inter eos a testatore tutela diuisa, vt. ff. patet. Dynus. Sed in fin. §. videtur quod non erat diuisa. et ibi dicam ibi a quot tutoribus. Dynus. ibi, satis exegerunt: sed fideiussores fuerunt minus idonei. Dyn. Als magistratus non teneretur, vt. ff. de magistra. conuen. l. i. §. si magistratus. Jbi, suspectum facit sed minus tarde et ideo sibi imputatur et tenetur, vt. ff. patet. Dyn. ibi, post eos, scilicet fideiussores. Dyn. ibi tunc, scilicet eo excusso ☞ eius fideiussore ☞ magistratu. Dyn. ibi, contutoris testamentarij. Dy. ibi, facere debuerit ante q̃ fecerit. Dy. ibi, presertim litera ista duobus modis exponitur. Primo sic. bene dico quod vltimo loco conueniendus sit tutor iste presertim cum ipse postulauerit iam eum suspectũ facere debuerit, scilicet titi⁹. et bene dico titius cum supra dictum sit quod fecerit eum suspectum: prima vera vt patet. ff. in verficu. proposito ibi qui ☞ suspectum ☞c. Dy. in ver. als quidem ibi tutores dant ☞ inter eos tutelam non diuidunt et istud ꝑm Dyn. non reperitur alibi ita clare.
2 Dyn. † Et dic predicta obseruantur quando vnus a iudice alter a testatore, als scilicet quando ambo essent dati a iudice. sequitur Jaco. ibi, ad eos. ff. magistratus. Oldra. ibi, omnes tutores, scilicet gerentes. Dy. ibi, in propositorio id est primo casu huius. §. Dy. ibi, cum vnus. ff. tantum. Jaco. in glos. proponeretur ☞ tutela erat diuisa. Dyn. ibi, prius collegam quam magistratum et dic collegam quem suspectum fecit licet tarde. Oldr. ibi, perindeq̃ ex hoc simili apparet quod. ff. non erat diuisa tutela a testatore. Jaco. et Old. in glos. i. que incipit ☞ a testatore diuisa, imo a seipso Jaco. vt in fi. §. colligitur.

1 ☞ Debitores pupilli an liberentur prio solutione tutoribus facta.
2 Tutor an possit facere pacem de morte patris pupilli illata.

1 **Tutoribus.** Tutores † recipiẽtes solutionẽ a debitoribus pupilli ipso iure liberant debitores secus si remittant vel donent q̃ non valet. h. o. ¶ Vel breuius. vtilitas nõ deperditio patrimonij pupilli pertinet ad tutorẽ. h. o. ibi liberentur sine interueniat pretoris autoritas interuenit: tunc consequit debitor plenissimam liberationẽ, vt. ff. de mino. ait pretor. §. permittitur. vbi de hoc. ☞. C. si aduer. solu. l. i. ☞ ibi in gl. ☞ in sum. eiusdẽ titu. ibi trãsigere. hoc verum si habet probationes paratas, vt. ff. de iure tur. l. tutor. als trãsigere potest, vt. C. de transac. l. si preses. ☞ dic de
2 hoc vt ibi no. ☞ dixi ☞ facit etiam an tutor † possit facere pacem de morte patris pupilli de quo dixi. C. de pac. l. pactum curatoris.

1 ☞ Mulieres non possunt arbitrari.
2 Mulieres non possunt esse executrices vltimarum voluntatum sicut nec procuratrices.

a **Jtium et meuium.** Fines administratio nis gerende cum consilio coadministrationis seruãdi sunt ☞ tenetur eius consilium requirere, hoc dicit. An autem

autem teneatur sequi consilium plene dixi. ff. eod. l. quidam decedens. §. papinianus. vbi recurras de ista materia ☞ princ. huius. l. videtur contradicere ad ver. quartum autem. Sed dic q̃ in prin. erat contutor in ver. si. quantum aũt non. Vel dic ꝑm alios q̃ hoc operantur q̃ fine eo fiet irritũ sit. Jbi, liberati essent subaudi quaritur. Dyn. ibi, solutum titio. Dyn. Jn ver. si. quantum autem ibi diurnum. i. qualibet die nomine alimentorum. Dy. ibi, Marina. Ray. videtur sentire q̃ ista fit illa Marina que fuit consobrina imperatoris de qua habetur. ff. de sena. l. fina. ☞ hoc dicit. Jn memoriam domine sue que vocabatur Marina. Rayn. ¶ Sed illa de qua loquitur dicta. l. fina. vocabatur Julie Marina vt ibi patet. ibi faciendum non requisito arbitrio mulierum. Dyn. ¶ Et
1 allegatur iste versicu. quod mulieres † non possunt arbitrari de quo dic vt plene dixi. C. de arbitris. l. penul. Item quod non pos-
2 sint esse executrices † vltimarum voluntatum sicut nec procuratrices, vt. ff. de procura. l. alienam. ☞. l. femine. nec tutrices. respon. vt. ff. de testamenta. tutel. l. iure nostro. de tutel. l. fina. vbi de hoc dixi. glossa. est in contrarium. ff. de falsis. l. ꝓxi. et est textus secundum Dy. de alimentis ☞ cibaria legatis. l. a filio. Dy. Et prio hoc quia dari potest curatrix bonis. in authen. vt liceat matri et auie. §. primo. in glos. alioquin. in fine. alias incipit ille. § rescriptum. ¶ Sed dic quod illud speciale fauore matrimonij, vt ibi patet de lega. primo. l. impia. §. j. ☞ quod ibi not. Dyn. in glo. non arbitrio mulierum ibi. l. si cui annum. imo non debet arbitrari: sed est perinde ac si esset arbitrio boni viri relictum ab initio, vt. ff. de lega. §. l. j. Jacobus.

1 ☞ Contractus causa sortitur quis fozum ☞ potest conueniri.
2 Generalitas temporum sicut nõ impedit obligationem contrahi: sic nec generalitas locorum.

Tutores dari. Debitorẽ non pertinentẽ ad partem administrationis mihi concesse conuenire non possum licet cõtutores teneat certificare. hoc dicit. Jbi, instrumentum continentia illud quod sequitur vt pecunia rome ☞c. Dynus. ibi, vbicunq̃ petitum fuerit. ¶ Not. ista verba petitum fuit: nam si ista clausula apponatur in contractu cum non dicatur petitum nisi per litis contestationem: quia ante non dicatur quis petere: sed petere velle, vt. ff. rem rat. habe. l. ampliue. non potero propter talem clausulam aduersarium cogere vt litem contestetur: quia ante litem contestatam potest penitere, vt. ff. de iurisdictio. omnium iudicum. l. si conuenerit. ☞ sicut talis clausula modicum relenat nisi quo ad penam vel culpam si stipulatio interuenerit, vt. l. diem proferre. §. fina. ff. de arbi. et ita dicit in dicta. l. si conuenerit. per Barto. operatur. ¶ Ponenda est ergo clausula latior, scilicet vt promittat debitor soluere vbicũq̃ fuerit requisitus vel inuentus vel vbicunq̃ ad arbitriam petitoris Dyn. Et dic secundum Jaco. de are. quod iste. §. innuit quod si debitores ibi essent possent ibi conuenirj. vnde dicit not. quod
1 ratione contractus † sortitur quis fozum ☞ verum est quod ibi poterit conueniri si ibi inueniatur vel bona habeat, als non nec posset ibi banniri vt hic et ff. de iudic. l. heres absens. §. primo. Jaco. Et quia ista materia sepe occurrit ☞ talia pacta sepe apponuntur in instrumentis videamus qualiter debeant concipi ita vt valeãt si enim ita concipiantur vt concepta fuerunt in isto. §. scilicet vbicunq̃ petitum fuerit videntur parum operari, vt. ff. dixi. Et ideo alibi Jaco. de are. dicit quod si specificetur aliquis locus et subiaciatur clausula generalis hoc modo promittit se soluturum peregami mediolani ☞ vbicunq̃ fuerit inuentus vel requisitus vel mihi creditori placuerit quod valeat talis promissio per. l. j. de acti. ☞ obliga. l. contra tisse. vbi de hoc not. per Dyn. et satis dixi. ff. de bonis auto. iudi. possiden. l. iñ. ☞ per hunc. §. ☞. ff. de iudi. l. omnem obligationem. ☞ argumen. ff. si quis cau. l. sed et si quis. §. questũ. Dominus autem Oldra. idem dicebat etiam si non specificetur aliquis locus: ☞ allegabat. ff. depositi. l. lucius. j. in princip. Et quia
2 sicut generalitas † temporum non impedit obligationem contrahi, vt. ff. de verborum obligatio. l. si decem cum petiero. ita nec generalitas locorum. Jn contrarium multum facit prealleg. l. si conuenerit. ☞ glo. ibi posita. ff. de iurisdictione omnium iudicum, sed solui posset vt not. in glos. ff. si quis in ius vocatus non ierit, l. prima. ¶ De hac materia vide quod plene not. in Speculo de competen. iudi. additione. §. j. ver. sed quid si promisiti per stipu. et versicu. seq. et quod not. extra de foro competen. c. dilecti. maxime per Jnnocen. ☞ de officio et po. iudi. delegati. c. significantibus. et bene facit de foro competen. c romana. §. contrahentes. cum ibi notatis. ad quorum concor. sic distinguit Jaco. de are. aut renunciatio fori fit extra contractum et obtinet dictam. l. si conuenerit. de iurisdic. om. iudicum. Aut in contractu ☞ tunc aut fit pactum de iurisdi. declinanda et obtinet. ff. de iudic. l. heres absens. §. primo. Aut de non declinanda ☞ obtinet. C. de episcopis ☞ clericis. l. si quis in conscribendo. vbi idem dixi quod hic: sed ideo repetũ quia appropriatur huic. §. aut de prorogãda. ☞ tunc aut est pa-
i iiij

ctum determinatum loci solutionis aut loci responsionis. Primo casu aut continet certum locum ☞ valet secundum omnes, vt. ff. de eo quod certo loco. per totum. Aut incertum ☞ tunc non valet secundum quosdam. a. gn. dicti. §. questium. in. l. sed ☞ si quis. ff. si quis caut. secundum alios valet. argumen. ff. eod. l. si duo. ☞. C. de prescrip. quadrien. l. secunda. que probant tantum operari genus quo ad genus quãtum species quo ad speciem, ☞ videtur expressum secundum Oldra. dicta. Lucius. ff. de possess. aut continet locum certum ☞ incertum ☞ tunc dicunt valere per istum. §. quod tamen intelligas vt predixi. Si vero pactum sit determinatum loci responsionis: id est quo loco debeat reus respõdere secundum quosdam non valet: quia licet penitere ante lit. contesta. vt dicta. l. si conuenerit secundum alios valet: vt dicto. C. dilecti. de foro competen. Ja. de are. aliquibus additio. Et vide in alphabeto dictione promisit. et quod dixi. ff. de consti. pecu. l. si duo. secundum. ff. et plene. C. de episcopis ☞ clericis. l. si quis in conscriben. versi. Item queritur an debitor. ibi in italia essent et sic non poterant ibi personaliter conueniri. Dyn. ibi, nec ꝓdicta eorum, et sic non poterat ad missionem procedi. Dyn. ibi, si pro quia. Dyn. ibi, eorum italicorum. Et hoc dico etiam ne ☞c. Jbi, eos tutores prouinciales. Dynus.

1 ☞ Venditio a tutore nõ legitime dato facta est ipso iure nulla.
2 Jnstrumentum confectum ab eo qui credebatur notarius an valeat ☞ quis non sit notarius.

1 **A matre.** Venditio † facta a tutore non legitime dato nullius est momenti. h. o. Jbi, sed manent: id est extant. Dy. ibi, ab eo. l. emptore. dy. Et facit iste. §. ad questio-
2 nem. † Si aliquis qui credebatur notarius confecit instrumentũ cum non esset notarius quero an valeat. ☞ iste. §. est arg. ☞ non. ☞ pro hoc. ff. de eo qui pro tutore. l. §. et de reb. eorum. l. neq̃. in contrarium allegatur. l. barbarius. ff. de offi. preto. ☞. C. de testamen. l. j. ☞. C. de senten. ☞ interlo. om. iudi. l. §. vbi de ista materia late not. Et de predicta questione an valeat instrumentum satis dixi. C. de proba. l. cum precibus. ibi de hoc recurras.

Prefectus. Prestatione vsurarum taxata per testatorem debet pupillus esse contentus. h. o. Jbi, vncias singulas. Jaco. ibi, vsurarum nomine prio libra. Jaco. ibi, a tutoribus suo nomine non pupilli. Dyn. ibi, vncias vsuras id est vncias nomine vsurarum sicut testator disposuit. Dyn. ibi, stipulatis unt a debitoribus quibus fenerauerant ☞ que erant matores. Dynus. ¶ In glos. non nomine pupilli: sed suo tutoris. Dynus.

Lucius titius. Si nomen pupilli est soluendo tempore finite tutele tutor vsurius non tenetur. et si predium obligatum tutori nomine pupilli sine culpa tutoris euincatur periculum non pertinet ad tutorem. h. o. Dy. Et facit iste. §. ad materiam. l. post contractum. ff. de donationibus. Dy. Et dic lucius heres cuiusdam occisi. dyn. ibi, rem hereditariam sibi obuentam ex hereditate dicti occisi. dyn. ibi, defuncti cui successerat lucius titius. dyn. ibi, adiudicata sunt ☞ sic res tutori obligata est euicta ☞ debitor desit esse soluendo. dy. arg. ff. de in diem adiectione. l. vbi. §. marcellus. Jaco. sed non culpa tutoris, als contra. ff. eo. l. cum queritur. Jac. ibi, heres non est vltus. i. non vindicauit. ff. ipse lucius titius. dyn. ibi, recusare. ff. ne ad fiscum pertineat periculum. dyn.

1 ☞ Tutor qui est debitor pupilli in genere si emit rẽ suo nomine an dicatur emisse de pecunia pupilli.
2 Fratres post mortem patris in domo communi manentes ☞ acquirunt bona, an talia bona veniant inter eos communiter dividenda.

1 **Altero** ex duobus. Si tutor † qui est debitor pupilli⁹ in genere rem emat suo nomine non videbit emisse de pecunia pupilli. hoc dicit. vel sic. tutor debitor in genere pu-
a pilli non tenetur eidem prestare compendium commercij nomine acquisitionis. Jbi, herede filio. ff. relicto pupillo. dynus. ibi, venditus. scilicet proprio nomine tantum. dynus. ibi, et si ☞ suo proprio nomine. dynus. ibi, compendium id est lucrum post redemptionem perceptum. dynus. ibi, pecunie ex venditione redacte. dyn. ¶ Et determinat iste. §. questionem de qua sepe a me quesa ☞ tum fuit: † nam de iure lombardo si fratres post mortem patris remanent in communi domo acquisita inter eos sunt communicanda vt in lombarda de successio. l. si fratres. Quid si vnus ex fratribus moriatur relictis filijs impuberibus nunquid patruus tenebitur eis communicare per eum questa. hic est expressum q̃ non: sed contra videtur. ff. quando ex facto tutoris. l. secunda. sed solu. vt ibi nota. per dynum. ¶ In glos. vltima. in fine. solu. vt ibi. dynus.

a ¶ Pupilli. adde bar. in. l. iñ. ff. indi. so. Bal. ☞ Bart. in. l. si patruus. C. cõmu. vtri. in. Bal. ff. iñ. vol.

Tutor. Rerum diuisio facta inter tutorem creditorib⁹ pupilli non preiudicat. hoc dicit. ibi a creditore

Universidad de Deusto
Biblioteca

prouinciali quod fieri potest, vt .ff.cod.l.inter tutores. & ibi plene. Albericus legum.d.excel.

Inter bonorum. Lex ista ponit differentiam inter curatorem bonorum ventris ex vna parte & tutores generales ex altera: quia secundi habent plenam administrationem primi non administrant solum paritura, et an primi, scilicet curator ventris & bonorum possint actiones etiam non pituras intendere dicti plene. ff. de cura. bo. dãdo. l. creditore. ibi videas. Ibi, cum illis, scilicet secundo loco enumeratis. Dy.

Obsenus. In glo. l. in fi. que est signata. C. eo. super rubri. & ibi de hoc plene dixi. ff. eo. l. tutor qui repertorium. § fi tutor. & l. cum plures. § fina. in gloss. vlti. in fi. Sed soln. vt not. C. de penis. l. penam. Dynus. Vel dic fm Jaco. de bel. quod in contrario loquitur de mulcta hic non de damno resarciendo. Sed videtur hic speciale quod extra ordinem coerceatur. hoc casu regulariter est contrarium, vt. ff. de dolo. l. nam his. et. C. qui bonis cedere possunt. l. prima. ¶ Sed dic quod hic non coercetur simpliciter propter solutionem omissam: sed promissa contumacia in qua versatur delictum, vt dicta. l. iĝ. § tutores. et secundum hoc solue quod hic de pena ibi de mulcta, vt ibi not. et dicta. l. penam. Jacobus.

Si res pupillares. Casus fortuitus contingens in rebus pupilli non pertinens ad tutorem: sed pupilli. hoc dicit. Dy. ¶ Et dic quod deposita fuit in loco tuto. & hoc indicat verbum celeberrimus quod est in litera qõ idem est quod note autoritas vt in alphabeto dictione celeberrimus, alias enim teneretur tutor, vt. C. de periculo tutorum. l. si res. ff. de damno infecto. l. vtiq. et. ff. eodem. l. tutor: pro pupillo. § i. Jaco. Et est hec. l. aurea. pro tutoribus deponentibus tuto loco pecuniam pupillarem. Item facit hec. l. argumẽ. quod si heres solvat fideicommissario per testatorem electo fideicommissario cum pecunia fugiat quod heres sit liberatus a legatariis. In cõtrarium videtur. argumen. ff. de lega. i. l. si a pluribus. de hoc dic vt. ff. de annuis legatis. l. liber. § largius. Dynus. In gloss. i. in fi. imo. l. nauta. de hoc dic an casus, fortuitus sic fuerit, vt not. ff. pro soc. l. cum duobus. § damna fatalia. Et plene dixi. C. de pignora. actio. l. qui fortuitis.

¶ Additio nova ad. l. sequentem.

Sed nunc queritur quid si administratio est diuisa actis. ad hoc videtur quod fideiussor non teneatur nisi pro gestione quam tutor gessit pro alia vero non: sicut non tenetur pro non gerente. glo. confirmat contrariũ fm Bar. Nam diuidẽdo administrationem inter se alter alteri videtur committere quod administrat & sic quilibet non in totum videt administrare per alium. l. tres tutores. ff. eo. § nõ solũ. ¶ Et quia loquitur hic de genere volo aliqua tãgere an generi per speciem derogetur in. l. vxorem. § felicissimo. de lega. iĝ. l. titia. § lucius. le secund. de leg. ĩ. l. seruis. § si alij. de legatis. iĝ. l. titia. § qui marco. de annuis legatis. in. l. quesitum. § si quis. de fun. instru. in l. libertis quos. de alimentis legatis. Specu. in tit. de fer. § ij. ver. xvi. l. legatorum. § fin. de lega. ĩ. Pau. de cast. consil. clxxxv. quod est verum etiam ex tacita voluntate contrahentium. l. sed et si. et ibi Barto. ff. pro socio. ¶ Item verum etiam in priuilegijs. Jo. and. in. c. veniens. de prescript. ¶ Item verum etiam si vnum sit legale alterum vero procedat ex dispositione hominis. Bal. in. l. si quis. § certum. in fin. C. de secun. nup. ¶ Item verum etiam in presumptionibus quia specialis derogat generali. l. cum de indebito. per Barto. de probatio. ¶ Item verum nisi in infamia: quia generalis non derogat speciali mala de crimine prodita nisi contecturis aliis iuuet. specialius not. per Bal. in. l. ea quidem. in penul. colum. C. de accusa. ¶ Item nisi in cessionibus beneficiorum: quia generalis concessio vacaturi preferetur speciali concessioni de vacaturo in tali ecclesia Bart. in. l. si domino. ff. de lega. i. ¶ Item an si in casu legis curatorie. C. qui tuto. da. poss. ¶ Item nisi legatum speciei sit inualidum. l. fina. § fin. & ibi Barto. ff. de anno & argen. lega. ¶ Item & si prioribus facta sint legata duo, scilicet generale & speciale debetur vtrunq;. Barto, in. l. si consul. ff. de adoptio. et in. l. titia. § qui marco. de annuis lega. ¶ Item nisi quando duobus committitur officium vni generaliter alteri specialiter: quia tenetur vtriq; discusso tamen prius officiali specialiter deputato. Bald. in. l. ĝ. C. quando fisc. vel priua. ¶ Sed quid in hypotheca an generalis anterior preferatur speciali posteriori vel aduerso. vide docto. et not. in. l. generali. C. qui potio. in pigno. habeantur. ¶ Et quod sit genus generalissimum vide per Bart. in l. i. in principio. de iurisdic. omn. iudi. Et quod genus dicitur proprie affinitas non consanguinitas vide not. in. c. non debet. de consanguini. & affinita. ¶ Et quod genus per testes singulares probari potest vt super infamia in genere. vide per Bald. in. l. vtiq. q. testamento. ¶ Et an genus masculinum concipiat femininum etiam in penalibus iuris communis. vide in clemen. i. in princip. et ibi Card. de regulo. vbi forores mẽdicantium transeuntes sine licentia puniantur vt mendicantes. ¶ Item in vltimis voluntatibus non in contractibus. Archid. & vtiq. quiq. c. si quis suadente. Alex. in. l. si extraneus. de condi. ob cau. & in. l. quod dicitur. de ver. obli. & in consil. lxi. prima par. ¶ Item in statuto de vi cum armis vel sine. glos. & Bald. in. l. si constante. ĝ. fina. solu. matri. Alex. in. l. i. ff. ad. l. iul. de vi pub.

¶ Pars que sno non congruit vniuerso dicitur turpis.

1 Genus tantum operatur ꝙtum species: quantum ad exclusionẽ vel inclusionem.

2 Licitum est in genere quod in specie nõ liceret, & econuerso quo modo intelligatur.

3 Speciale idem operatur quod generale quo ad genus & quo ad omnia quando aliquid est simpliciter concessum.

non habentis curatorem.j.eo.l.impuberibus.ꝛ.l.seq.q̃ ius futurum repudiatione tolli nõ possit:sed pacto fit:ꝛ que sit ratio diuersitatis plene.j.eodem.l.is qui.ꝛ q̃ iuri nondum competenti renũciari non possit eadem.l.§.i. Quod repudiatio patris non noceat filio nec econtra.eadem.l.nec⁹ filijs.quod errans in qualitate successionis non possit adire nec repudiare.j.eod.l.is qui putat.Et an opinio preferatur veritati vel econtra dubitãs super vtribus testamenti adire non potest.j.eodem.l.nec.§.is. Quod delatum ius in duplici via possim vna repudiare et alia amplecti.ea.l.§.heres.q̃ is potest repudiare qui põt adire j.eo.l.is põt.nã cõtrariorũ natura est q̃ vbi vnũ cadit nõ cadit reliquũ.quis videatur pro herede gerere ita quod teneatur one re hereditario infra eodem.l.pro herede per totum.ꝛ.l.iulian⁹. §.alias incipit si pupillus.§.fina.ꝛ infra eodem.l.si seruum.§.pretor ait.ꝛ.l.si quis non quasi.Et an filius qui repudiauit si postea vendat res hereditarias vel soluat creditori hereditario videatur pro herede gerere per heredem.eadẽ lege.§.si sepulchra. In aditione hereditatis requiritur animus qui declaratur per extrinsica.infra eodem.l.si quis extraneus.ꝛ facit cõtra eos qui dicunt tu mentiris saluo honore tuo ignorans portionem hereditatis:vel conditionem impletam nõ prohibetur adire.eadẽ l.§.sciendum.Aditio facta ex vna causa ex qua delata putabatur cum esset ex alia non valet.j.eod.l.si quis ad quem.ꝛ ibi plene.an sententia lata ex falsa teneat an nõ.ꝛ quãdo sit opus aliquẽ certiorari infra eodem.l.in repudianda. Qui vult vnum non videtur velle eius oppositum.j.eadem.l.fuit questionis. de seruo bone fidei possessoꝛ ꝛ in quo alius habet vsumfruc.vide.j. eo.si quis mihi bona.de seruo fisci ꝛ municipum cuius iussu adire debeat eadem.l.§.j.ꝛ.ff.de instituto qui damnatus est ad bestias:vel ad gladium:vel in metallum.ead.l.§.si quis plane.vtrũ valeat generalis licentia data religioso quod consentire possit electioni cuiuslibet de se fiende:vel filio quod possit esse in iudicio in omnibus causis.ead.l.§.inssum.ꝛ de ratihabitione an retrotrahatur.ꝛ quod illud quod non operatur ad id qõ fit:operatur ad id quod operari potest.an procurator constitutus ad constituendum alium valeat.ea.l.§.pater.Et an quis teneatur consequi consilium.ꝛ an si quis peniteat mandati debeat certiorare mandatarium volens esse heres ex sua.j.eo.l.si ego.Quod quis non debeat esse solicitus de hereditate venientis.j.eo.l.neminem.An agens ex iure cesso debeat edere instrumentum cessionis ante litẽ cõtest.j.eo.l.aristo.in integrũ restitutio que dat maioribꝰ que trãsit ad heredem.j.eo.l.cũ quidã.ꝛ.l.pantonius. Utrũ posthum⁹ impediat remotiores adire.ea.l.§.qõ dicit. ꝛ de bonorum possess.edictali ꝛ decretali.Et quod cõmunis opinio multorum excusat paucorum:no. de materia.l.antiqui libero ventri.℈.si pars hereditatis.petatur. plene vide ea.l.§.seruum. certe de viribus testamenti licet communis opinio sit in contrarium potest adire eadem.l.§.fina.Et qualiter possit esse certus ꝛ incertus.aut adire non potest.vt.l.sequenti.ꝛ incertus de sua conditione adire potest.vt.j.eo.l.sed si de sua.quod portio vacans accrescat inuito.j.eo.l.si quis heres.ꝛ tempore cõditionis consideratur conditio adeuntis ex vna via ex pluribus causis per aliã admittitur.ꝛ q̃ ius substitutionis est potẽtius quã ius accrescẽdi.pro parte sua adiens:nõ videtur adire pro parte serui vel filij.j.eo.si ex sua.sciens portionem repudiatã ꝛ suã agnoscens tenetur insolidum.j.eo.l.si duo.ꝛ quando iuris ignorãtia noceat:vel nõ ex testamento quando testamẽtarie locus est cessat abintestato.j.eo.l.quãdiu.agnoscens pupillarem videtur agnoscere paternam si solus est heres secus si habeat coheredẽ.j. eo.l.questitum.existentia sui heredis facit conualescere tabulas pupillares.j.eod.l.si filius.interceptum perficiẽdum ꝛ de nouo inchoandum.ea.l.§.si in societate.cum aliquid facio omnia video:ꝛ velle sine quibus mecum velle expediri non potest.ea.l.§.si seruũ.de vigenti disputatione an heres possit acquirere per seruum hereditariũ.j.eo.l.heres per seruũ.q̃ gesta per officialẽ ab officio postea remota valeant.j.eodem.l.quoties.aditio nõ est inopia serui.ꝛ quod mei contemplatione quesitũ est videtur ex re mea.j.eo.l.aditio.heres accusatus de testamento falso potest esse certus de facto suo de alieno non.j.eo.l.cum falsum.ꝛ quod quis teneatur respõdere precise de facto suo.furoꝛ superueniẽs re integra reuocat mandatum.j.eo.l.qui seruum.ꝛ.l. sequen.Et an tacita voluntas cadat in furioso.autoritas tutoris non administrantis valet.j.eodem.l.pupillum.per mortem re integra reuocatur mandatum tutoris.j.eodem.l.si per epistolam.Et facit quod compromissum factum per prelatum reuocetur cum dubitatur de viribus secundi testamenti.ꝛ per consequens primi neutrum valet.j.eodem.l.eum qui duobus.ꝛ ibi quid sit si aliquis dimisit duo testamenta eodem die cõfecta filius excedẽs formam iussus patris in adeundo non obligat patrem. eadem l.§.filius.quod filius possit adire si pater est furiosus.j.eodem.l. cum heres.nõ expectatur casus cuius euentus nihil operatur. eadem.l.§.ꝛ.l.sequen.ꝛ adeunti pro parte vacans pars accrescit inuito.j.eodem.l.qui ex duabus.§.j.Adita hereditate omnia referuntur ad tempus mortis.j.eodem.l.heres.Et ex hoc procedit fictio qua dicimus legatarios fieri dominos ex tempore mortis.quod quis non potest per se quandoq; potest per alium.j.eodem.l.hereditatem.ꝛ.l.antistius.§.fina.an suus sit ipso iure heres sine immixtione.j.eodem.l.necessarijs.contra opi. dyni. Quod si testator prouideat sibi de herede extraneo nihilominus suus sit necessarius.j.eod.l.ex parte. Quod spes iuris accrescendi seu pupillaris substitutionis trãsmittatur ad heredem heredis.j.eodem.l.qui pater.vno se abstinente per restitutionem in integrum eius pars non accrescit coheredi inuito.j.eodem.l.si minor.quod implens conditionem tanquam heres pro herede gessisse videatur.j.eodem.l.antistius.Et an rum pens testamẽtum per querelam teneatur creditoribus sicut heres.seruus duorum representat duplicem personam.j.eodem.l. seruus cõmunis. Pretor potest adeundi tempus prefigere quo elapso repellitur.j.eodem.l.quãdiu institutus.Et facit ad questionem trium rectorum electorum successiue.quod si primo deliberante moriatur secundus ꝛ primus postea repudiet quod admittatur tertius ꝛ si concessum est feudum alicui ꝛ si nõ prestet sacramentum fidelitatis infra annum perueniat ad alium si moriatur infra annum.an statim perueniat ad secundum.an demum elapso anno quãdiu locus est testamento cessat abinte stato.j.eo.l.in plurium.Alienũ seruum ab hostibus redemptũ datur facultas instituendi liberum ꝛ heredem.j.eo.l.si seruum. Quatenus consequitur seruus ex libertate est necessarius aliàs voluntarius.eadem.l.§.j.Utrum suus amouens aliquid ex hereditate possit abstinere.ea.l.§.pretor ait.Et vtrum ignorantia excuset a pena.si institutio concipitur in diem ꝛ sub conditione existente conditione dies nõ attenditur.j.eodem.l.si quis heres.gerens non tanquã heres non videtur se immiscere.j.eo. l.si quis.Secundo quasi qui erant in quantitate cõditionis implende non impediuntur adire.j.eo.l.qui putat.adiens eo pro posito nisi heres efficiatur:licet de conditione sua dubitet heres efficitur.eadem.l.§.de eo. Errans in parte hereditatis sibi delata nihil agit adeundo.j.eo.l.ex semisse.adeunti pro parte ꝛ postea existente conditione alterius partis nõ est amplius opus adire.j.eo.l.si tu ex parte.ꝛ repudians vno iure ꝛ amplectens ex alio partem partis repudiate reperiet.adiens abintestato fingitur primo repudiasse ex testamento.j.eo.l.illud.et sic fingitur primo factum quod primo erat faciendum.ꝛ in vno actu duo intelliguntur.frater vtens re communi cum fratre non per hoc efficitur heres fratris nisi vtatur vltra partem suam.j. eodem.l.duo fratres.quesita per filium in potestate patri queruntur.j.eo.l.placet.Et agnoscens in parte iudicium testatoris in totum videtur agnoscere si ex sua persona sibi deferatur.secus si ex persona filij.vel filij.j.eo.si solus.Spes vulgaris substitutionis non transmittitur ad heredem.j.eo.l.toties.seruus non capax liber factus ex benignitate capit.j.eodem.l.si seruus.non habenti portionem non competit ius accrescendi.j.eo.l.si tota. quãdiu speratur moueri contra tabu.non potest adiri nec secundum tabulas peti.j.eo.l.ventre.ꝛ non agnita bonorum possessione transmittitur filius ad heredes in casu speciali huius.l.beneficium restitutionis in integrum transmittitur ad heredẽ ex persona defuncti.j.eo.pantonius.ꝛ.§.eo.cũ quidam.Et an heres possit habere ratum gestum nomine defuncti ꝛ pater post emancipationem contractum mutui a filio in potestate celebratum ex actu extrinseco mens declaratur.eadem.l.§.fi.Et ille actus qui facit aditionem in extraneo inducit imminutionẽ in suo,magis attenditur animus ꝛ opinio quam veritas.j.eodẽ.l. gerit.ꝛ facit an verberans laicũ quem putat clericum sit excommunicatus cum subuenitur minori ꝛ eius fideiussori si in aliud datur regressus.j.eodem.si pupillus.per procuratorem respondet.ꝛ mutata conditione persone cessat priuilegium ꝛ mutatur patrimonium.eadem.l.§.idem respon.Et facit quod si res pupilli vel ecclesie transeat in alium cesset priuilegium.filius emendo in fraudem bona patris heres efficitur.j.eo.l.si is qui bonis. Et facit contra delinquentes qui postea emunt bona que ante delictum vendiderant.cuius voluntas est in se inualida nõ potest in alio esse valida.j.eod.l.filiusfamilias.iubens adire debet esse certus de quota.Et ex qua causa.j.eodem.l.pater. Mutus potest nutu consentire vt si stat literis.eadem lege.§.mutus.nõ possunt repudiare bona viuentis.j.eo.l.qui superstitis.recusari potest hereditas verbis ꝛ factis.j.eo.l.recusari.Et facit qõ admittatur libellus quo vacatur matrimonium contractum per verba de presenti.vt exponatur.id est.per consensum qui verbis declaratur,veritas prefertur opinioni.j.eo.l.qui se pupillũ, iuri quod ignorat quis sibi competere renunciare non potest.j.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eo.clodius.ꝛ ibi de ignorantia iuris quãdo nocet.vno abstinente per restitutionem alius ad quod bona in integrũ peruenirũt, tenetur.ſ.eo.l.qui nepotis.insolidum audiens tenetur insolidũ ꝛ in totum abstinens in nullo tenetur.ſ.eo.l.ſi.

1 ☞ Substitutus ſi decedit viuente impubere nihilominus ipſius hereditas deferri debet heredibus instituti non iure substitutionis:quia substitutio ad heredes substituti non transit.
2 Existentia sui heredis sine immixtione sua vel aditione cohere dis non inducit confirmationem pupillarium tabularum nec ſi deicommissi vniuersalis.
3 Existentia sui heredis an confirmet tabulas pupillares.

QUi totam. Circa hereditatẽ vel eius partes inconstãtia recusatur.h.d. cum.l.ſequẽ. Et potes ponere per.l.ſi ex asse.ſ.eo. Et dic quod lex illa loquitur quando quis est institutus ꝛ vna verborũ oratione.l.vero sequẽs quãdo quis est institutus pluribus verborũ orationibus. Op.de.l.ex semisse.ſ.eo.ſed hic ſciebam totã delatã ibi vero ignorabat. Oppono de.l.ſi ſolus. ℌ idem puto.ſ.eo.in ſi.ℌ.ſed hec ꝓm illã.vt habeat totã:vt hic dicitur. Item opp.de.l.ſi ex ſua.ſ.eo.ſed ibi per alium contra ſolutionem oppo.de.l.negotio.ſ.eod.dic refert an inbeam ſeruũ adire.ꝛ per hoc quero mea.an adeã ꝛ nõ quero ſeruũ ſine nõ nõ iuſſu. Et dic rationem diuersitatis.vt no.d.l.ſi ego. Op.de.l. ſed duobus.de lega.ij. Dic aliud in legatis ꝛ põt esse ratio que not.de caducis tollendis.ℌ.his ita. ¶ Vltimo distingue:aut defertur hereditas:aut legatum:ſi legatum:aut vni:aut pluribꝰ:ℌ hoc est planum de quo dic:vt.ſ.de leg.i.l.ſi legatarius.de lega.ℌ. Ineminem.ꝛ.l.ſi duobus.ꝛ.l.grege ſi hereditas.aut vni:aut pluribus.ſi pluribus:aut coheres meus repudiauit anteꝙ ego adeam:aut poſt ſi ante in totũ: ſubire debeo onera hereditaria quia totam hereditatem habeo:partem iuris accreſcendi etiã inuitus ſi eo tempore quo adeo ſciebam coheredem repudiaſſe alias ſecus.vt.ſ.eodem.l.ſi duo.ꝛ.l.qui ex duobus.ℌ.qui ſemel.ꝛ C.de caducis tollendis.l.i.ℌ.his ita.ſi poſt aut iure communi repudiãdo vero aditam.ꝛ tunc eſt in electione mea:vel totam agnoſcere:vel totam repudiare niſi creditores parati eſſent coneuenire me ꝓpter te tantũ quã iam audiuerã:vt.ſ.eo.l.cum hereditate. Aut beneficio ſpeciali:vt repudiando iam aditam per reſtitutionem in integrum:ꝛ tunc portio coheredis per reſtitutionem repudiatur ꝛ nõ accreſcit inuito ſed demum volenti:vt ſ.eodem.l.ſi mulier.ꝛ ita colligitur.ſ.eo.l.penulti.ꝛ fina.argumẽtum contra.ſ.ad trebel.l.ſi pupillus. Sed ibi ſolues:ſi vni aut defertur vna ſola hereditas:aut plures:ſi vna:aut ſimul:aut diuiſim per partes:ꝛ ſi ſimul:aut ſciebam totam eſſe delatam aut credebam ſolummodo delatam eſſe partem. Primo caſu vnica aditione tota acquiritur.ꝛſi deſtinarem ſolo modo querere partem.vt hac.l.ſ.ꝛ.ſ.eod.l.ſi ex asse. Secundo caſu aut eram illius ꝓpoſiti quod totam quererẽ ſi totam delatam ſciuiſſem:aut illius vt non quererẽ:aut eſt dubium. Primo caſu totam.vt.ſ.eodem.l.ſi quis extraneus.ℌ.finali. Secundo non tenet aditio.vt ſ.eo.l.ex ſemiſſe. Tertio caſu:aut credebam delatam eſſe minori cum delata eſſet maiori.ꝛ tenet aditio aut econtra:ꝛ non tenet. vt.ſ.eodẽ.l.ſi quis mihi bona.ℌ.ſi mãdauit. Si diuiſim per partes:aut omnes pure:aut omnes per meipſum:aut quedam per me:quedam per alium pone per filium:vel ſeruum. Primo caſu vnius partis aditio ad omnes partes extenditur.vt.ſ.l.proxima. Secundo caſu:aut adeo primo partem delatam per me, ꝛ tunc nihilominus internenire oportet iuſſum ꝛ aditionem in parte delata per filium vel per ſeruum:vt.ſ.eodem.l.ſed ſi ex ſua. aut econtra in eo primo adire delatam per alium ꝛ videor adire delatam per me.vt.ſ.eo.l.ſi ego.ꝛ ratio ibidem not. Si quedã partes pure quedam ſub conditione:aut in cõditionali habeo coheredem vel ſubſtitutum:aut non:ſi habeo coheredẽ:vel ſubſtitutum ſi delata eſt conditionalis adeundo purum video:adire conditionalem.vt.ſ.eodem.l.ſi ſolus.ſecundo reſpõſo.alꝰ ſi non eſt delata:vt in pendenti conditionalis vſq; ad conditionis euentum.vt.ſ.de here.inſti.l.ſi te ſolum.primo reſpõſo.et.l. liber homo.ℌ.ſi ita.ꝛ.ſ.eo.l.cum heres.ℌ.qui ex parte.ꝛ.l.qui ex duabus in principio.ꝛ.ſ.ad.l.falcidiam.l.qui fundum.ℌ.ſi tu ex parte.ſed in conditionis euentum non eſt neceſſaria noua aditio.vt.ſ.eod.l.ſi ſolus.in fine.ꝛ.ſ.de heredibus inſtituendis.l.liber homo.ℌ.titius ex ſemiſſe.ſed ſi in conditionali non habeo coheredem.vel ſubſtitutum ſuperuacua eſt aditio in parte conditionali adita parte dilata pure.vt dicta.l.ſi te ſolum.ℌ.reſpõ. ꝛ.l.ſi quis ita ſcripſerit.ꝛ.d.ℌ.qui ex parte.hec vera cum omnes partes deferuntur iure inſtitutionis. Sed ſi quedam iure inſtitutionis quedam iure ſubſtitutionis eſt in poteſtate meaynam apprehendere:ꝛ aliam repudiare:vt.ſ.eodem.l.ſi tu ex parte in

fine.tamen pars repudiata defertur iure accreſcendi etiam inuito:vt infra eodem.l.ſi quis heres.ſi deferuntur:aut in teſtamẽtis diuerſorum:ꝛ tunc habet locum.l.liber homo.ℌ. finali.ſ. de heredibus inſtituen.ꝛ.ſ.eo.l.ſi quis ſeruum.ℌ.finali. Aut nõ diuerſorum puta in teſtamento patris ꝛ filij.tũc ſi adit primo paternam nunquam repudiare poteſt poſtea pupillarem.vt.C.de iure deliberan.l.quidam elogio.ꝛ.ſ.eodem.l.pater.primo reſpõ.
1 Adeo † quod ſi deceſſit ſubſtitutus viuente impubere nihilominus defertur pupilli hereditas heredibus ſubſtituti non iure ſubſtitutionis quia ſubſtitutio ad heredẽ ſubſtituti nõ trãſit. vt.ſ.eodem.l.toties.ꝛ de ſuis ꝛ legitimis.l.ſi ex pluribus. Sed iure accreſcendi:vt.ſ.eodem.l.qui pater.ſecundo reſpon. Sed ſi velit repudiare paternam:ꝛ adire pupillarẽ. ſubdistingue:aut erat inſtitutꝰ a patre ſolus impubes:aut ſolus extraneus:ꝛ qui non erat in poteſtate ſubſtituentis.ꝛ idem erat pupillariter ſubſtitutus ꝛ impubes exheredatus.aut ſolus alius filius qui erat in poteſtate ſubſtituentis eſt inſtitutus ꝛ impuberi fratri exheredato ſubſtitutus:aut impubes vna cum filio vero ſubſtituto aut impubes vna cum ſubſtituto.aut ſubſtitutus vna cum alio primo caſu:aut impubes ſe immiſcet ꝛ nullo modo abſtinuit. et tunc ſubſtitutus non poteſt ſeparare hereditatem impuberis ab hereditate patris.ſed neceſſe eſt vtranq; adire vel vtrã que repudiare.vt.ſ.de vulga.ꝛ pupilla .ſubſtitu.l.ſed ſi plures. ℌ.filio.primo reſponſo.aut adiuit vel ſe immiſcuit.ſed abſtinuit per reſtitutionem in integrum:ꝛ tunc ſubſtitutus poterit habere pupillarem ſine paterna.nam cum tabule pupillares ſint cõfirmate per aditionem non infirmantur per abſtinentiam reſtitutione;conceſſa.vt.ſ.de vulgari ꝛ pupillari ſubſtitutione.l.ij.ℌ. interdum.verſicu.ergo ꝛ ſi minor.ſecundum vnam intellectum. ꝛ.ſ.de minoribus.l.ꝛ ſi ſine.ℌ.ſed quod papinianus.ꝛ ita intelligitur per aliquos.ſ.eodem.l.iulianus.alias incipit ſi pupill⁹, aut nullo modo adiuit:vel ſe immiſcuit. ſed ab initio ſe abſtinuit.ꝛ tunc poterit ſubſtitutus habere pupillarem ſine paterna ꝛ tenebitur creditoribus tantum impuberis ꝛ non paternis ꝛ ita debet intelligi nihil diuinando dicta.l.iulianus.ſ.eod. Secundo caſu quando ſolus extraneus eſt inſtitutus a patre ꝛ impuberi exheredato ſubſtitutus non poteſt habere pupillarem ſine paterna:quia vt confirmentur tabule pupillares oportet adiri hereditatem patris.ꝛ ita intelligitur.l.ſed ſi plures.ℌ.ſi ex asse.ſ.de vulgari ꝛ pupillari ſubſtitutione.vt.ſ.eodem. l. queſtum.ꝛ.ſ.ad trebel.l.ita tamen.ℌ.qui ſuſpectam.primo reſponſo. In tertio caſu quando ſolus alius filius in poteſtate exiſtẽs eſt inſtitutus ꝛ impuberi fratri exheredato ſubſtitutus:aut immiſcuit ſe paterne ꝛ nullo modo abſtinuit tunc quia non infirmãtur tabule pupillares vel per immixtionem iam confirmate vt ſ.dixi habere poterit pupillarem ſine paterna. Et ita videtur prima facie loqui.l.filius.ſ.de vulgari ꝛ pupilla.ſubſtitut. Aut abſtinuit ab initio beneficio ꝓtous ꝛ nullo modo ſe immiſcuit. Et iſte caſus non eſt omnimodo expeditus ſecundum Bloſſ. que eſt in dicta.l.quidam elogio.C.de iure deliberãdi.nam quidam dicũt quod poterit habere pupillarem ſine paterna. argumen.ſ.de fideicommiſ.liber.l.cum quaſi.ℌ.ſed ꝛ ſi quis. Alij dicunt quod illud eſt ſpeciale fauore libertatis.ꝛ ideo dicunt ſubſtitutum non poſſe habere pupillarem ſine paterna cum tabule pupillares non ſint;confirmate eo ꝙ non eſt adita patris hereditas.arg.ſ.de vulga.ꝛ pupil.ſubſtitu.l.ij.ℌ.adeo cum ſimilibus.tu vero audacter dicas tenendam primam opinionẽ.ꝙ poterit habere pupillarem quantumcunq; paternam repudiet ſola enim exiſtentia ſui heredis ſine aliqua immixtione vel aditione confirmat ſubſtitutiones pupillares:ꝛ fideicommiſſa vniuerſalia que ad ſubſtantiam confirmationis ſue aditionem requirunt.vt.ſ.ad trebellianum.l.ita tamen.ℌ.ſi pater.ſecundo reſpõ. Et ita dico ꝙ debet intelligi ꝛ non erit opus diuinare.ſ.eo.l.filius qui ſe paternam ꝛc.ꝛ.ſ.de vulgari ꝛ pupilla.ſubſtitu.l.filiꝰ. Et hoc patet ibi dum dicit oneribus hereditarijs non ſponte ſuſceptis ꝛc.ſi enim poneres immixtionem preciſe non inuitus neceſſitate iuris ciuilis.ſed ſua immixtione voluntarius obligatus eſſet. Et hoc † quando ſolus ſuus eſt heres:ſed ſi cum alio tunc ſola exiſtentia ſui heredis ſine immixtione ſua:vel aditione coheredis non inducit confirmationem pupillarium tabularum nec fideicommiſſi vniuerſalis.vt.ſ. ad trebellianum.l. apud iulianum.ℌ.idem iulianus. Et pot eſt eſſe ratio quia cum teſtator ſibi prouiderit inſtituendo plures per vnius quorum aditionem poſſunt omnia confirmari.ideſt.non curauit prouidere habendo ea ꝓ confirmatis.argumentum.C.de pac.conuen.l.vltima.ꝛ.ſ.de precari.l.ꝛ habet.ℌ.cum quis.per hoc ergo patet in quo verſetur priuilegiũ ſui heredis in.l.ſi filius.de vulga.ꝛ pupilla.ſubſtitut.quia extraneus in ſolidum inſtitutus et exheredatus ſiue ſubſtitutus repudiata paterna nunquã conſequitur pupillarem.vt in.ℌ.ſi ex asse.in.l.ſed ſi plures.de vulga.ſubſtitu.

ga.ſubſtit.quia nec eſt adita patris hereditas nec habetur ꝓ adita.ꝛ ſic non valent tabule pupillares:ſed ſuus inſolidum inſtitutus ꝛ exheredato fratri ſubſtitutus quantumcunq; non ſit adita patris hereditas habere poteſt pupillarẽ repudiata paterna quia licet patris hereditas non ſit adita habetur tamen ꝓ adita per exiſtentiam ſui heredis.de hoc tamen latius dixi ſ.de valga.ſubſtitu.ſubſtitu.ſuper rubrica in tractatu ſubſtitutionum in materia vulgaris.verſicu.item perſequens ordinem. Dy.ꝛ ver.ſequentibus.ꝛ ver.ꝛ ſi dicatur quia vulgaris tacita.et verſi.ixta hec quero. Jn quarto caſu ſcilicet quando impubes vna cum alio non ſubſtituto ſi impubes ſolus vel impubes et coheres adierunt paternam non poteſt haberi pupillaris ſine paterna ratione commixtionis.argu.dicti.ℌ.filio.ſ.de vulga.et pupilla.l.ſed ſi plures.ſi adiuit ſolus coheres impuberis:ꝛ non impubes cum per eius aditionem confirmatum ſit teſtamentũ impuberis poterit haberi ſola pupillaris ſine paterna.argu.dicti.ℌ.qui ſuſpectam ad trebellianum.l.ita tamẽ.ſi nec impubes nec coheres adiuit pupillarem non valet.ꝛ ideo nõ defertur ex eo hereditas.vt dicto.ℌ.ſi ex asse.l.ſed ſi plures.de vulga.ꝛ pupilla.ſubſtitu.ꝛ eo.titu.l.ij.ℌ.quiſquis.ꝛ ad trebellianum.l.apud iulia.ℌ.i. Jn quinto caſu ſcilicet quando impubes vna cum ſubſtituto non poteſt haberi pupillaris ſine paterna:quia ant ſubſtitutus ſolus adiuit paternam. ꝛ habet vtranq; necessario.vt ſ.dixi:aut ſolus impubes.ꝛ tunc quia bona ſunt commixta nõ conceditur ſeparatio:aut nullus adiuit.ꝛ tunc non valet teſtamentum impuberis.ꝛ ideo non defertur ex eo hereditas vt.d. l.ita tamen.ℌ.qui ſuſpectam.ſ.ad trebellianum.ꝛ ita debet intelligi dicta.l.ſed ꝛ ſi plures.ℌ.filio.ſecundo reſpon.ſ.de vulga.ſubſtituti. ¶ Quid ergo ſi adiuit ſolus impubes paternam vel ſolus coheres impuberis:poteſt per reſtitutionẽ abſtinuit ex ſupradictis patet reſpon. Jn ſexto ꝛ vltimo caſu ſcilicet quando ſubſtitutus vna cum alio eſt inſtitutus dic:quod ſi adiuit coheres paternam habere poterit ſubſtitutus ſolam hereditatem impuberis exheredati ſine paterna alias non poſſet cum non valeret tabule pupillares.ꝛ iſte eſt caſus.ſ.eo.l.queſitum. Dy. ¶ Quid ſi eſt inſtitutus impubes ꝛ frater impuberis in poteſtatem exiſtens.vt.ſ.de frat.impuberi ſubſtitutis.ꝛ vtranq; abſtinuit ab hereditate patris. Dy.adhuc remanet † queſtio vtrum exiſtentia ſui heredis confirmet tabulas pupillares.nec.in glo.vlti.ibi in herede legatarij.id eſt.vno de heredibus. Dynus. ¶ Jn eadem gloſ.in fin.de lega.i.l.legatarius.nam non poteſt repudiare vnum qui agnoſcat onus ipſius alterum acceptando. vt ibi dicitur. Dynus.

1 ☞ Jncompaſſibilia duo quotieſcunq; reperiuntur tunc prevalet pars cui magis fauetur.
2 Repudians partem ſimpliciter an totum repudiare videatur.
3 Repudiatio partis non valet ſi alias partes adire contingat.

SEd ꝛ ſi quis. Jn glo.vltima ibi:ſufficit ſemel adijſſe.vt.ſ.de heredi.inſtit.l.liber homo.ℌ.titius. Old.ibi:per totam.l. debet.hoc recipit diſtinctionẽ:ꝙ aut iubeo ꝓnus et effectus huius aditionis trahitur ad partẽ iure ꝓprio debitã ſecus ſi econtra.ſ.ꝓximo adeam ꝓpriam.ſecũdo iubeam vt col ligitur.ſ.eodem.l.ſi ego.ꝛ.l.qui ex ſua parte. Dy.ibi:de liberis ꝛ poſthumis.cum quidam.dic clarius qꝛ quandocunq; duo ſunt incõpaſſibilia † prevalet illa pars que magis ſapit de fauore.vt l.qui habebat.ℌ.titius.ſ.de vulga.ꝛ pupilla.ſubſtit.hoc verum quãdo primo adiit partẽ ꝛ ex interuallo repudiat aliã partem ſed quid ſi ſtatim dixit partem adeo partem repudio videtur ꝙ ꝓpter contrarietatem nihil agit.vt.ſ.de reg.iur.l.vbi repugnantia.ꝛ Jacob.de raue.ſed certe.l.illa loquitur vbi eſt repugnantia inſeparabilis. Sed quid ſi repudiat † partem ſimpliciter an totum repudiare videtur.ꝛ videtur ꝙ non ꝓpter rationem huius gloſ. Sed certe imo videtur ꝙ totum repudiet etiã alia pars ſic delata ſub conditione.vt.ſ.de heredi.inſti.l.ſi te ſolum.ꝛ.l.ſi quis ſub conditione.ſim Jac.de ra.in eadem gloſſ.ibi reſpon.nõ valet.ſ.repudiatio † partis ſi alias partes adiri contingat. Dyn.ibi.C.eo.ſ.de iure deliberandi.ꝛ acquirenda here. Oldr.in fi.ſed ſi adiret partem ꝛ aliarũ partiũ aditionem differret tũc nõ teneret dilatio in alijs partibus qꝛ aditio vnius partis de preſenti ad totũ trahitur.ꝛ ita loquit.l.ſi ſolus.ſed ſi pritis repudiat partem nunquid videtur repudiare totũ.queſtio eſt Dy.quã.ſ.ſolui.ſim Jaco.de ra.

QUanciu. Debet admitti ad hereditatem inre non poteſt.h.d. Jn gloſſ.ũ.ibi.ℌ.titius.in fin.imo melius in principio.l.ꝛ dic:vt ibi not. Oldra.ibi:ſi pater.ꝛ.l.ex facto etiam.Oldra. Sed ratio ſpecialitatis.ꝛ ibi ꝓpter iura in compaſſibilia ſedanda.

NOlle. Jbi non videtur habere animum repudiandi.Dynus. Jn gloſ.prima ibi.l.que ſuperſtitis.ꝛ ſm hoc dic non videt fictione iuris animum adeundi.Dy.

MAtum. Paſſiua teſtamẽti factio quibuſdã permittitur quibus actiua denegat. hoc di. Jn gloſſ.i.ibi:declarata per factum vel etiam per verba. Nec obſt.ꝙ non in.l.potuit.C. de iur. deli. ꝛ ibi de hoc dixi ꝙ ſine actu aditur hereditas quia dic ſine actu facti dum tamen ſit per voluntatem declaratus.

EUm cui lege. Jbi.adire cum autoritate curatoris.Dy.in glo.j.ibi.l.j.in prin. ꝛ.l.iulianus.Old.in gloſ.vlti.ibi.l.certi condictio.ℌ.ſed ſi ei numeratuero.ſed certe iſta talis acquiſitio hereditatis eſt periculoſa.ꝛ ideo dicit Jacob.de ra.ꝙ nullus eſt conſenſus prodigi ſine autore curatoris:ſed cum autoritate eius bene cõſentit.ꝛ in hoc differt a furioſo ſecundum eum.

1 ☞ Pater inuitus nõ aſtringitur tam in hereditate legitima quã non legitima:ꝛ bonorum poſ.per filium agnita.
2 Filiusfamilias põt hodie adire hereditatẽ patre cõtradicente.
3 Diuturnitate temporis omnia preſumuntur ſolenniter acta ꝙ facit ad materiam conſuetudinis.

QUi in aliena. †ª Tam in hereditate legitima quã nõ legitima pater inuitus nõ aſtringit.ꝛ bonorũ poſ.per filiũ agnita põt per patrẽ ratificari ꝛ ex diuturnitate temporis preſumi ſolẽnitas iuris.h.d.vſq; ad.ℌ.ſi is qui.ibi.inuitũ. i.illũ cuius volũtas ſiue iuſſus non preceſſit.Dy.ibi obligetur.
2 † Sed hodie cũ filiuſſa.poteſt adire hereditatẽ patre cõtradicẽte.vt.C.de bonis que liber.l.vlt.multomagis põt patre ignorante vt.ſ.de reg.iur.l.qui poteſt.videt correctiõ ꝙ hic de iuſſu dicitur ꝙ procedere debeat.Dy.ibi:ſed in bonorũ poſſeſſione filio delata.Dy.ibi.eã bonorũ poſſeſſionẽ.Dy.ibi:circa voluntatem.i.iuſſu nõ precedẽte.Dy.ibi:ſed ſi legitima.prędicta locum habẽt quãdo hereditas deferꝛ ex teſtamẽto hic quãdo abintestato.Dy.ibi:idẽ erit probandũ.ſ.ꝙ dictũ eſt in prin.de hereditate delata ex teſtamẽto qnõ teneat aditio nõ precẽdẽte iuſſu patris. Dy.ibi diu cauſam.i.decẽ annis. Et no.ex † diuturnitate temporis preſumi omnia ſolenniter acta ꝙ facit ad materiam conſuetudinis.ꝛ ad ea que notantur.C.communi diuidundo.l. ſi minor. Jtẽ ſi filius emancipatus longo tempore tenuerit res paternas nec appareat quo iure pater preſumit ei donaſſe:ꝛ ꝓ hoc.C.de bonis que liber.l.cũ oportet.ℌ.finauẽ res.de prob.l.culpa.de petitio.here.l.ſi filius.de vſuris.l.cũ in rem verſo.ꝛ.l.cũ quidã.ℌ.diuus.ꝛ.l.cũ poſt diuortiũ. Jbi:admiſiſſe hereditatem. id eſt.agnouiſſe ꝛ ſolenniter ꝛ legitime acquiſiuiſſe hoc eſt precedente iuſſu patris ꝛ aditione filij. Dyn.in glo.i.in ſi.ℌ.finautem patre recuſante.ꝛ not.C.qui ad bonorũ poſſeſſ.l.j.vbi de hoc dixi in glo.ꝛ non poſſit adiri ſine iuſſu patris precedente. Dy.in glo.filio ſciente ibi:apparet:ꝛ tunc op.filius eſt heres:ergo ipſe debet adire:vt.ſ.de lega.i.l.cum filio.C.de here.inſtit.l.cũ ꝓponas.at adire non poteſt niſi iuſſus precedat.vt.ſ.eo.l.ſi quis mihi bona.ℌ.iuſſum.ergo ꝛc.Sol.vt no.dicta.l.ſi filiꝰ.ſcilicet ꝙ preſumitur iuſſus preceſſiſſe.Dy.

Si is qui putabat. Sui iuris exiſtens putãs eſſe in poteſtate iuſſu illius adiens nulli querik niſi eius ꝓpoſiti fuerit vt ſibi que rere velit ꝛ iuſſus ab initio vtilis ex poſtfacto inutilis nõ vitiat aditionem.hoc dicit.Jbi putabat errans in facto:vel in iure. Dy.ibi.Filiuſſamilias cum eſſet paterfami.Dynus. ibi patris iuſſu ſcilicet putatiui.Dy.Et ꝓ hoc ꝙ iuſſu adiuit preſumitur voluiſſe querere iubenti non ſibi.Dy.ibi.deceſſit ſcilicet pater poſt iuſſum.ꝛ ante aditionem.Dy.ibi:qui dubitat errando in facto vel in iure.Dy.ibi factus ſit cum eſſet forte paterfamilias Dyn.ibi:poſſe adire ſine iuſſu alicuius.ꝛ ibi:querere hereditatem.Dy.ibi:admittitur ſponte ſi vult ſibi quererꝛ ſcõm veram lecturã.Jbi:in glo.tria dicit ibi vt ibi nã cũ ꝛc.Sed cũ hic tractaret de dãno vitãdo nõ eſt differẽtia quãtũ ad hoc inter ex rorem facti ꝛ iuris vnde hec opinio nõ placet Dy. Jn eadẽ glo. vel melius:aut adiuit animo ꝙ ſibi acquireret:aut non:aut eſt dubium.ꝛ in dubio:aut preceſſit iuſſus aut non:ꝛ hoc intendit glo. ¶ Sed tunc oppono de ſecũdo caſu vbi preceſſit iuſſus.ſed reſpondet glo.quod illud eſt ꝓpter bonum initium iuſſus qꝛ pater vere qui potuit iubere iuſſit.vel dic quod primus caſus loquitur vbi ſi eſſet verũ adhuc eſſet alieni iuris:imo ſui.alij reddunt aliam rationem que ponitur.ſ.in gloſſ.que incipit iuſſus. Sed illud non placet.vt ibi dixi. Jbi:neceſſarium heredem quia ſcit ſe non eſſe filiumfamilias teſtatoris:putat tamen ſe ipſum eſſe filium alienum. Et ſic eſt voluntarius:ꝛ voluntarium

Universidad de Deusto
Biblioteca

se putat:putat tamen se querere alij ꝛ querit sibi.Unde non est error: in aditione:sed solum in acquisitione.Ray.in glos.iussus ab initio in fine.quod mihil est:quia actio quod iussu oritur ex iussu precedenti secuto contractu:vnde si moritur iubens re integra non oritur actio ad instar mandati:secundum Jacob.de rauena.

1 ☞ Necessarium heredem nō facit is qui non est necessarius.
2 Filius exheredatus habetur pro mortuo.

Interdum. Qui necessarius est potest alium facere necessarium.ibi:sine aditione.ꝛ cōsequenter sine iussu precedente cōditione.Dynus.ibi: si nepos in potestate existens.Dynus.ibi:ex filio in potestate existente. Dy.ibi:faciet heredem quantum ad commodum ne sit contra id quod no.j.de lega.j.l.cum filio.Dynus.ibi:sed ꝛ si quis extraneus qui non erat recasurus in filij potestate.Dy.ibi:heres institutus a patre qui exheredauit filium quem in potestate habebat.Dy.ibi:vt adeat.vt hereditatem exheredato querat.dynus.in fi.No.quod † non facit necessarium heredem qui non est necessarius:sic non facit militem qui nō est miles.pro hoc.C.de hereti.l.fi. ¶ Item no.quod principium huius.§.videtur reprobare opinionem illo:um qui dicunt quod ille qui est in potestate non tamen proximio: tempore mortis non est heres necessarius.Sed certe nepos hic erat proximior:quia filius † exheredatus habetur pro mortuo.vt in glos.Ray.In glos.ꝛ ita querit:ibi.§.exheredatos.ꝛ.j.de coniung.cum emanci.liber.eius.l.j.§.sed si patronus.Old.in glo.ab aliquo extraneo non a patre exheredati:vt differat ab vltima positione que approbatur.Old.ibi:in cuius erat potestate:non tamen testator erat pater patris exheredati:sed alius.Dyn.ibi : vtpote suo heredi:cum filius viuo patre desierit esse in potestate patris:ꝛ sic nepos auo remanserat:si ius ibi acquiri non potest:ꝛ in litera dicitur iuberi debet vt adeat.Dyn.Jbi:item ꝛ finis.ibi:nam per eum ꝛc. Dyn.ibi positiones.casus valerent:nam prima non.quia nulla esset dubitatio legis.Si non eadem ratione qua tertia.Dy.

1 ☞ Protestatio precedens actui sequenti cōtraria facit vt actus nihil operetur:ꝛ an lis pro cōtestata habeatur quādo protestatio in contrarium processit ꝛ nu.2.
3 Protestatio clandestina facit presumptionem quod protestās sit male fidei.

a ¶ Celsus. a Adde ad hunc.§.no. in.l.pōponius.ꝛ in.l. nesennius. de neg.gest.
b ¶ Si filius Adde bar. in.l.pōt.j.e. vbi allegat hūc tex. ad notabilem questionez quā vide p eum hic. 2
c ¶ Pupill⁹. Adde Ange.hic dicētem q tū p statutū induci posset qō pupill⁹ adeat hereditatem sine tutoris autoritate.

Celsus. a Sequens actus non omnimodo liber protestationi contrarius protestationem nō tollit. hoc dicit.Et de hoc vide quod not.per omnes.extra de constit. c.cū.Ad.ferrarien.ꝛ de sponsa.c.tua nos.vel fic.protestatio † precedens actui sequenti contraria facit vt actus nihil operetur. Dynus.et idem est in effectu cum primo.ibi:fallens.id est decipiens per protestationem premissam.Dynus.Et per hunc §.determinat Dynus questionem que est.C.de lit.contesta.l.is. scilicet † an habeatur lis pro contestata quando processit protestatio in contrarium.ꝛ hic videtur casus quod non.Dy. ¶ In contrarium multum facit dictum.c.cum.Ad.ferrarien.extra de consti.cum ibi nota.Item ipse Dynus aliam questionem.Quidam habebat quoddam castrum iuxta quendam potentem: iste potens volebat predictum castrum emere:ille nolebat vendere:sed timens potentiam illius volebat modū reperire quod venderet taliter quod venditio non teneret quin rescindi posset:quapropter cōsuluit ipse Dynus vt dam coram aliquibus protestetur quod licet vendat facit hoc coactus timore illius potētis:ꝛ pro nihilo vult haberi illa in venditionem.ꝛ hoc per hanc glos.Dyn.in scholis.Et pro hoc.ē.qui satisda.cog.l.si fideicommissor.ꝛ quod ibi dixi.ꝛ quia hic actus sequens premisse protestationi contrarius ipsam non tollit.vt dixi.ꝛ ad hoc.ē. de contrahen.emp.l.cum manusata.§.fina.Sed argumen.contra.j.eodem.l.pro herede.in principi.ꝛ.§.papinianus.ver. iul.in fi.ꝛ.ē.loca.l.cum in plures.§.locator.Sol.hic actus protestationi contrarius non fuit omnio liber.vt dixi plene.ē.de manu.l. iiij.§.si ab ignoto.ꝛ dixi etiā.ē.in casu summario. ¶ Sed quod clandestina protestatio † non vniet protestantem:imo faciat eum presumi male fidei.notat Innocen.extra de postu.presla.c. bone.ꝛ ibi videas etiam alios.Et de ista materia protestationū latissime no.per Joan.mona.cardinalem extra de regu.iuris.c. in generali.lib.vi.Et per Archidia.xxvij.distin.c.ij.ꝛ.c.diaconi. alias diaconus.ꝛ dixi in alphabeto.Et.C.de rei vendi.l.si fundum.ꝛ de libe.agnoscendis.l.i.In glo.imo sit ibi:non.Item ibi non precessit protestatio contraria additioni.Dy.Et hoc quod fallens adierit scitur per precedentem protestationem.vt.ē.de concubinis.l.in concubinatus.alias starem verbis.vt.j.de supelle.leg.l.labeo.Jacobus.ibi.l.metus.Sed hoc facit premissa per testamentum.Dynus.in glos.vlti.in fine.Solu.ibi de coactis reuerentiali facta a patre non illata a domino vt in princip.huius glo.dicitur.Old.vel dic secundum Jaco.de bel.quod ibi interuenit metus.vt ibi no.Jac.de bel.

1 ☞ Substitutus excluditur cum est locus institutoꝛ hereditas vna nō pōt adiri si patris ꝛ aui hereditates sunt cōmixte.
2 Filius est heres aui.licet cōmodū hereditatis sit patri quesitū.

Si quis filium. Cum locus est instituto excluditur substitutus. † Et si hereditas patris ꝛ aui sunt commixte:non potest vna adiri et altera repudiari:hoc facit:ꝛ dic filiumfa.scilicet alterius hominis non suum.Dyn.ibi: adeunte.Et per consequens patre acquirente.Dy.ibi:tribuerunt de iure pretorio.Dynus.in fine.Ratio est:quia hereditas titij ꝛ seij erant commixte.ꝛ ideo non potest omittere titianam ꝛ adire seianam.Dynus.In glo.j.in fi.hoc non placet:quia seruus non est heres:quia esse heredem est de iure ciuili ꝛ quod ad ius ciuile attinet ꝛc.vt.j.de reg.iur.l.quod attinet.sed filius semper est heres.licet pater querat.vt no.j.de leg.i.l.cum filio.Old. ꝛ dic vt no.C.de heredi.instit.l.cum proponas.ꝛ ibi de hoc per Dy.In glos.licet ergo in fine.hoc non est verum in filiofa.vt dixi.d.l.si pater.nam † licet commodum hereditatis sit quesitum patri:nihilominus filius est heres.vt.d.l.cum filio.de lega.j.Et ibi no.ꝛ ideo non deficit conditio.Dy.

b **Si filius.** b In glo.idem si ignoret in fi.vt.j.eodem.l. ei qui.Dy.In glo.ꝛ habere paternam ibi posset de iure pretorio tantum.dy.per bonorum possessionē vn de liberi.Jac.in fi.ꝛ dic vt ibi plene no.ꝛ dixi.dy.in glo.scilicet si viueret.in fi.Sol.vt ibi:quia imo concor.quia nō tribuitur. ibi heredi.primo ergo nec secundo.Dy.

c **Mor.** Pupillus hereditati non astringitur sine tutoris autoritate.Si vero in alterius potestate fuerit:licet consilij capax plene non sit iussu illius hereditatem adire poterit.h.d.ibi:nostre ciuitatis.id est iure ciuili.dyn.ibi:obligari possunt scilicet ciuiliter ꝛ naturaliter.dyn. ibi.manifestum est.ergo pupillus ꝛ pupilla non possunt adire hereditatem sine tutoris autoritate:quia in hoc obligarentur. dynus.In glo.scilicet hereditati.ibi.l.si infanti.§.i.vtrū infans possit adire cum tutoris autoritate.glo.non firmat pedem in.l. potuit.C.de iure deliberan.vbi etiam de hoc dixi.Sed tu dic q sic.vt.j.ad trebel.l.seruo inuito.§.si pupillo.Old.Ray.Jbi: vel dic solu.ꝛ nota similitudinem inter contractum ꝛ quasi contractum.Old.in glo.huic enim.in fi.aut ergo est sui ꝛ necessarius aut necessarius tantum.dyn.

Impubes. Jbi:consilij scilicet plene.dy.ibi:enim scilicet inbenti.dy.in glo.maior tamen ibi.C.eo.scilicet de iure deliberandi.dy.

Pupillus. Jbi:non intelligat.f.plene: q: in f.pupillum.dy.ibi:scire.f.plene.dyn.ibi:hoc enim.f.q possit tutoris autoritate hereditatem querere.Dyn. ibi fauorabiliter.i.de iuris benignitate.dy.in glos.vlt.Jbi:cum quedam.ꝛ dic vt no.d.§.tutor.dy.

Si exasse. Agnoscens pro parte pro solido agnoscere videt.h.d. de quo dic plene vt dixi.ē.eod.l.qui totam.ibi.destinauerit.i.cū effectu proposuerit adeundo.dyn.in glo.ibi.l.nemi nem.ꝛ.l.is cui res bonis.dy.

Impuberibus. Impuberis tutorē non habentis siue habentis:ꝛ hereditatem sine ipso adeuntis:non tenet ipso iure aditio:puberis vero curatorem non habentis non tenet:prehabita restitutione:ꝛ hereditati non immiscentes eidem non obligantur.hoc dicit.cum.l.sequenti.ibi: omnimodo.id est.etiam sine beneficio restitutionis in integrū. dynus.ibi.abstinendi.siue se immiscuerint siue non.dynus.ibi: puberibus id est adultis curatorem non habentibus.dyn.ibi: ita subaudi potestas sic abstinendi ab hereditate paterna.Dynus.in glos.ibi:ipso iure:quando curatorem habent ꝛ adeunt sine ipsius autoritate.Dynus.ibi:vel per restitutionem:quando curatorem non habent:vel si habent adeunt cum eius autoritate.Dynus.in eadem glo.ibi:vt ibi no.Sed certe ꝛ hic aditione contracta:licet sine tutoris autoritate cepit teneri naturaliter.vnde qua ratione quādo soluit naturaliter debitū est opus restitutione propter naturalē obligationē.eadē hic cū similiter naturaliter teneat vel cōtra.scilicet sicut hic nō est necessaria restitutio.sic nec ibi.Et sic videt procedere opinio placen.nā glo. sic dicit q pupill⁹ petēs abstinere petit exceptionē sibi cōcedi: scilicet

scilicet ne a creditoribus conueniatur:ꝛ ideo facilius conceden da:quia sine restitutione hic petens naturaliter debitum solutum petit sibi dari actionem ꝛ ideo non ita facile cōceditur exceptio quam actio.

Si qui. Summata est lex.ē.lege prima.Jbi pretorē adire beneficio abstinētie postulando.Et dic pretorem scilicet vium cū habeat beneficium abstinendi a pretore morto sibi concessum si se non immiscuit.Et pro hoc.ē.de condictio.institutio.l. l.que sub conditione.in fine.vt.ē.de heredibus instituendis.l. tam dubitandum.ꝛ infra eodem.l.necessarijs. ¶ Et secundum hoc hec lex non facit pro opinione glo.que est.C.si vt ab heredi tate se abstineant.l.prima.de quo dic vt ibi dixi.ꝛ.ē.de vulga.ꝛ pupillari substitutione.l.si filius qui pater.quia illud verum fui dammum.ꝛ ita posset intelligi hec.l.sed in suum commodum sic vt ibi.Et iste intellectus approbatur in glossa infra eodē.l.pro herede.§.papinianus.ꝛ.l.necessarijs.Ray.ibi:constituerat.id est in animo proposuerat.dy.in fi.tamen quando coram iudice conuenitur respondere tenetur vtrum se abstinuerit vel immiscuerit.Jaco.

1 ☞ Jus de futuro repudiatione amitti non pōt secus in iure de presenti.
2 Jus obligandi ꝛ liberādi requiruntur in pacto de nō petendo.
3 Acquirere non valens non potest repudiare.
4 Monosyllaba re denotat dissolutionem actus rei interuenientis cui adiscitur.

Si qui. Jus de futuro † repudiatione amitti non potest:secus in iure de presenti.hoc dicit.Jbi:delata est abintestato.Dyn.ibi:hoc ita verum est.scilicet repudiatiōe hereditatis amitti. dyn.ibi:si id est quāuis. ¶ Oppono vt in glos.ꝛ ad.l.primā.C. de pactis.dic vt ibi no.ꝛ dixi.ꝛ cōmunis opinio est q̄ aliud est in pacto quā renunciatione.Et ratio differētie secūdum quosdam est:quia pactum nititur voluntate duorū renunciatio voluntate vnius tantum.ꝛ ista videtur cōmunis opinio glossarū ꝛ Odof.d.l.j.C.de pac.Sed hec ratio non videtur multum sufficiens:q̄ per hoc posset cōcludi q̄ renunciatio nō teneret super iure presenti.Item est contra.l.j.quibus appella.non licet.l.j.§. j. ¶ Quare dicunt alij vt Jaco.butrigar.q̄ in pacto sunt verba presentis temporis:ergo ad futurum non habentur.vt.j.de verborum obligationi.l.si a colono.sed ꝛ hoc posset cauillari.Quid enim si in renunciatione ponantur verba futuri temporis quare non dicemus etiam illud tempus considerari in quod conferuntur.vt.ē.de heredibus instituendis.l.in tempus. ¶ Quare dicunt aliqui moderni † q̄ in pacto de non petendo sunt duo. scilicet ius obligādi ꝛ liberādi.vt.ē.de pac.l.si vnus.§.pactus.et ibi no.q̄ non est in renunciatione.Sed hoc non placet.nā cum pactum interpositum super iure futuro est interpositū ad duo: ꝛ illa duo operatur.vt.ē.de iure dotium.l.si pater.nō video quare renunciatio interposita ad vnū id est ad liberādum illud nō operetur vt idem iudicium sit totius ad totum.ꝛ partis ad partem.Et ideo interdum reddebam talem rationem:quia per renunciationem volo me abdicare a iure meo.Sed nunquam abdico me a iure meo:nisi alij sit quesitum.vt.ē.ex quibus causis maior.l.nec vtilem.Jdeo in renunciatione cum non sit persona presens cui queratur:posito quod non sit nuncius vel epistola per quod separatur a pacto:renunciatio non tenet.Et ideo potest esse differētia:quia si dico pacisco:vel facio pactum in quo oportet vtrunq̄ voluntatem inesse.vt.ē.de pactis.l.prima.§.primo.quod cessat in renunciatione.Et hoc modo forte intellexit Jacob.butrig.Sed ego reddo duas alias rationes magis necessario concludentes.Prima insurgit ex natura contrariorū. Secunda ex euitanda repugnantia in significato verborum.recedo a prima ꝛ dico quod natura contrariorum est quod vbi non cadit vnum non potest reliquum cadere.vt.j.de regulis iuris.l.cuius est velle.ꝛ de conditio.ꝛ demonstratio.l.pater seruieri nam.Et ideo † qui non potest acquirere non potest repudiare. vt.j.eodem.l.is potest.Sed si ius est mihi sub conditione delatum non possum acquirere pendente conditione:ergo per consequens non possum repudiare.Dicebam secundo ex euitāda repugnantia significati verborum.ad quod est aduertendū q̄ monosyllaba re denotat dissolutionem actus rei interuenientis cui adiscitur.vt.ē.de iureiurando.l.remittit.in fine.deposi.l.prima.§.eleganter.de legatis secundo.l.cum quidam.ꝛ de verborum significatio.l.verbum reddendi.Et ideo cum dico renuncio iuri futuro video: presupponere ius inesse:ꝛ sic insurgit repugnantia in significato verbi renuncio.ꝛ ideo non tenet renūciatio.Et istas duas rationes puto veras.Ray.De hoc late dixi.d.l.j.C.de pactis. ¶ Item facit hec lex cū concor.quod si papa prouidit alicui de beneficio quod dixerit acceptandum in tali prouincia vel diocesi:ꝛ acceptet antequam vacet:quod non teneat acceptatio:ꝛ ideo quādo vacabit poterit acceptare pro hoc extra de concess.preben.c.ne captande.libr.vi.ꝛ ad hoc.j.de optio.legata.l.optione.de legatis.j.l.iul.ꝛ de legatis secundo.l. vnum ex familia.ꝛ.l.cum pater.§.a filia.in glos.nisi coram iudice.ibi:item aliud est.Sed si aliud est in petēda:ergo aliud est in repudianda:quia id potest repudiari quod petit:ꝛ cōtra.sed hic facit mihi dubium.§.decretalis.dynus.In glo.dummodo. in fi.nam in omnibus istis casibus cum habeantur pro nō adiectis vel impletis redditur institutio pura:ꝛ sic tenet repudiatio.dynus.In glos.scilicet heredis.ibi:de legatis.ij.l.j. non est verum quando in vi conditionis.sed quando est in vi modi:vt ibi no.dynus.Jbi:non sit pro pura quantum ad repudiationē: etiam si apponatur suo heredi:quia non suspendit conditionis effectum:de quo dic vt no.per dynum.ē.de hered.instituendis l.cornelius.

Si quis dubitet. Juri nondum competenti:vel quod quis dubitat si bi competere renunciari non potest.h.d.Jn.glo.quia nec adire potest vt.j.eo.l.heres institutus.ꝛ.l.seq.dy.

1 ☞ Factum filij patri preiudicare non debet nec econtra.
2 Repudiatio per filiū facta an noceat ipsi filio sui iuris facto.
3 Profectitie ꝛ aduentitie differentia que ꝛ qualis sit.

Nec filius. Factum filij † nō preiudicat patri nec econtra.hoc dicit cum.l.sequē.ibi:repudiando hereditatem filij cōtemplatione relictam:vel de qua dubitatur cuius contemplatione relicta sit patris an filij.dyn. Et nota.per hunc.§.differentiam que erat olim inter peculium profectitium ꝛ aduentitium:quia licet vtrunq̄ patri quereretur:tamen aduentitium semper requirebat filij voluntatem dynus. ¶ In glos.prima ibi.§.in arrogato.hoc exemplum nō placet:quia tunc repudiatio patris non noceret filio.nec econtra. arg.C.de bonis que libe.l.cum oportet.quia dic quod filius fuit institutus sine contemplatione:vel est dubium.ꝛ pro hoc.C.de vsufru.l.finali.Ray.sed ibi:sed an ipsi patri.quidam habent in glo.sed an ipse pater.ꝛ melius.ꝛ tunc respondet glos.quod pater non potest adire.Unde circa hoc quero clarius † vtrum talis repudiatio facta per filium noceat ipsi filio sui iuris factovel patri post mortem filij.Et videtur quod sic:vt dicta.l.ē.ē.solu. matrimonio.versi.ceterum.ꝛ verific.quod si sui iuris.econtra videtur quod non:quia repudiatio non fuit legitima:sicut quando repudiatio fit aduentu conditionis.nam potest postea admitti.vt.ē.§.proximo.preterea qui non potest adire:nec repudiare.sed pater non potest sine filio.vt.ē.eodem.l.qui in aliena. §.sed ꝛ si non adierit.Item nec filius sine iussu patris non precedente aditione.vt.j.eodem.l.si quis mihi bona.§.iussum.ergo ꝛc.Et pro hoc.j.eodem.l.is potest.ꝛ.ē.eodem.l. quarta.non ergo poterit vnus sine alio repudiare.ꝛ hoc est verū.nō ob.versiculi preallegati in.l.ij.solu.matrimo.quia loquuntur in remissione per pactum:que tollit etiam ius futurum.vt.C.de pactis. l.j.ꝛ dixi.ē.in prin.huius.l.hic autem simplici repudiatione.Jacob.de ra.ibi:sicut in suo.Ex hac glo.colligit dynus differentiā que olim erat inter profectitia † ꝛ aduētitia:quia in profectitijs poterat pater disponere quicquid volebat ante acquisitionem ꝛ post:in aduentitijs post acquisitionem sed non ante.ꝛ de hoc.j. de doli excep.l.apud celsum.§.fin.Ray.ibi:in domino et seruo: sed quare secus queri potest.dy.

3 **Si qui putat.** Jn qualitate successionis errans:nec potest adire nec repudiare.hoc dicit cum.l.sequē.ꝛ principiū alterius sequentis.Jn glos.vltima ibi:de here.quali, ꝛ differentia.§.fina.vnde vitiato animo vitiatur ꝛ actus perficiendus ex eo.dynus.arg.j.de actio.ꝛ obligati.l.prima.§.furiosus.Jn eadem glos.in fine.ꝛ hic ideo magis attenditur opinio quam veritas:quia aditio in solo animo consistit.vt.ē.dictum est.ꝛ not.in.infra.eodem.l.heres.in fine.dic ad solutionem omnium contrariorum aut tractatur de eo in quo oportet vtrunq̄ interuenire scilicet opinionem ꝛ veritatem.ita quod vnum non sufficit.Et tunc vtrunq̄ inspicitur.Si vero vnum solum sufficit:aut opinio est singularis:ꝛ tunc veritas preualet.vt.j.de manu.vindic.l.si pater.§.primo.ꝛ de supel.lega.l.labeo.§.vtrum.et j.eodem.l.quod dicitur.cum simi.aut est communis ꝛ tunc preualet opinio.vt.ē.de officio.pretor.l.barbarius.de supelle.leg.l. iij.Et ad hoc facit optime quod not.j.de auro et argen.lega. l.ornamentorum.dynus.ꝛ per Joannem an.extra de bigamis. ca.nuper.Vel dic secundum Jac.de bel.aut opinio est communis siue publica:aut est singularis siue priuata.Prio casu preferur veritati.vt dicta lege barbarius.secūdo casu aut est proba

Universidad de Deusto
Biblioteca

bilis ⁊ iusta ⁊ preferatur veritati: vt hic. cum concor. aut impossibilis ⁊ iniusta: vt in facto proprio: ⁊ tunc prefertur veritas vt in contrarijs: vel dic ꝙ si veritas preferatur est regulare. hoc autem cum concor. casuale. Et vide in Brocardis Pyl. ⁊ Zoo. Et quod plene notaui. ſ. de fur. l. vulgare. §. si is qui.

Contrario. In glo. prima in fi. Cõditio. ⁊ demonstratio. l. multum. ſ. responso. Sol. hic erabat in conditione sua circa defunctum: vt quia putabat se necessarium vel voluntarium defuncti: ibi vero non errabat circa defunctum: sed circa tertium: qui se putabat filium tertij: cum esset paterfami. ⁊ ita solum in acquisitione errabat. vt dixi. ſ. eo. l. qui in alienam. §. si is qui. Dy.

a **Nec is.** a Dubitãs super viribꝰ testamẽti heredi tatem adire non potest. h. d. Ibi: falsum non esse scilicet illud testamentum. Dy. In glo. ibi: causa idem sit. Et tunc dices is qui putabat valere testamẽtum: ⁊ aut pro ⁊ pro. id est. putabat non falsum. ⁊c. ⁊ sic negatio nõ ponatur illi dictioni falsum. Old.

☞ Renũciare iuri ꝙ sibi competere ignorabat nemo potest. Ius accrescẽdi nõ habet locũ post cognitionẽ vtriusq; partis.

1 **Heres institutus.** Ius mihi delatũ duplici via possum vna agnoscere altera repudiare. hoc dicit. Vel sic. † Quis non videtur renunciare iuri quod ignorat sibi competere. vt l. mater decedẽs supra de inofficio. testamen. Dynus ibi: non amittit hereditatem. Sed quare in sequenti casu repudiando legitimam ⁊ testamentariã repudiasse videtur. Sed hic repudiando testamẽtariam non videtur legitimam repudiasse: forte in sequenti casu ideo est: quia repudiando expresse legitimam videtur tacite saltem repudiasse testamentariam. alias non valeret repudiatio legitime quãdiu testamentarie locus esset. vt. ſ. eodem. l. quãdiu. Dy. ibi: vtrunq; repudiasse. i. legitimã ⁊ testamentariam. Dy. Et ratio est quã prædixi: quia non tenetur repudiatio legitime: nisi repudiata testamentaria: ergo eam repudiasse videt. argumentum eius quod nota. ſ. eo. l. pro herede. §. papinianus. Dy. ibi: non repudianit. i. repudiasse non videtur: quia ignorabat se institutũ. vt. ſ. eo. l. is ad quem. ⁊. §. de inofficio. testamen. l. mater. versi. ceterum. Dy. ☞ In gloſſ. potest ergo. in fi. vt argu. ſ. ad trebellia. l. recusare. §. titius. ⁊. ſ. eo. l. si tu ex parte. in fi. supplẽdo vt ibi suppleni. per. l. liber homo. §. titius. §. de here. instituẽ.

2 Dy. † Et quia ius accrescendi non habet locum post agnitionem vtriusq; vt. §. de usufruc. accresc. l. i. §. penul. Sed talis substitutio adhuc posset locum habere: eo quod aliquando habet in fideicommissarijs quando scilicet fieret in codicillis vt ſ. ad trebel. l. fœuola. ⁊. §. de vulg. ⁊ pupilla. subſtit. l. qui plures. ibi: in omnem causam ⁊c. Old.

